quā designat noīe celi.et infime quam designat noīe terre.et sic extinde collige creatorem mediorū. Positis ei extremis colligūt media. Uel p celū et terrā intelligat tā spūalis q̄ corpalis creatura pfecte formata.vt celū sit inuisibil' t spūalis creatura.terra autem omne corporeū et visibile. Uñ aliud symbolū exponēs dicit. factorē celi t terre visibiliū omniū et inuisibiliū. Et nota q̄ creare siue creatorē esse potī sonat potētiā q̄ sapientiā vl' bonitatē.quia opatio egredit a potētia et maxime ꝓtuosa. Uñ Joh. i. Oīa p ipm facta sunt. Et in ps. Oīa in sapientia fecisti. Ideo appropriate attribuit creare patri.sicut et potētia /cū tñ pr omnia creet p filiū coopante spūsctō /q̄ indiuisa sunt opa trinitatis.t tote tres psone vnus sunt creator. ¶ Et aduertendū h̄ q̄ p h̄ q̄ dicit deū singularit/destruit errores q̄rundā gentiliū q̄ fingūt pl'es esse deos qđ manifestissim⁹ est error. q̄ illo posito clare pz q̄ null⁹ eorū sit de⁹. Si enī plures sunt differūt inter se p aliq̄d qđ habz vn⁹ qđ nō habet ali⁹. Sic null⁹ eorū erit sūm ū bonū. q̄ sic null⁹ eorū habz oīa bona.et sic null⁹ eorū erit de⁹. q̄ de⁹ ē summū bonū qđ ꝓtinet oīa bona.ad Roma.xi. ¶ Itē p hoc q̄ dicit pr̄em destruit obstinatōem iudeorū q̄ ñ attendūt distinctōem psonalem pr̄is et filij. ¶ Itē p hoc q̄ dicit. creatorē celi et terre destruit errorē phorū dicētiū mūdū fuisse ab eterno t deo coeternū.sicut dicit Aug⁹. aristotelē posuisse et platonē. Itē p illd idem destruit errorē manicheorū q̄ dicūt omnia corpalia creata a deo tenebras ¶ Sz ex istis orit dubitatio. Si enī credere i deū est tendere i eū fide opante p dilectōz. vt dr supr. cū in pctō mortali exīstētes nō habeāt istā fidē sic in deū tēdentē/videt q̄ nō credāt i deū.et ita mentiūt t peccāt q̄n dicūt symbolū.qđ glue est dicere: Ad qđ dr ꝑm quosdā q̄ ipe pctor dicit credo tē.nō in psona sua sz in psona eccl'ie. Sicut t illd. Lauabo p singulas noctes lectū meū tē.qđ nisi in psona eccl'ie que in aliqbz mēbris p singulas noctes lachrymat diceret/essz mēdaciū in ore malorū. imo etiā t ml'torū iustorū Et sil'r cū ml'ier dicit psal. Letat⁹ sū i his q̄ dicta sūt mihi tē.incōgrua essz locutio/ni si in psona iusti generalit loq̄ret siue eccl'ie Similiter hic in psona eccl'ie dicit credo in deum tē.t sic non peccat nec mentitur. Alij dicūt q̄ exīstēs in peccato mortali nō dicit q̄ credat in deū cū dicē credo tē.sed p fitet articl'os fidei. Et est sensus. Credo i deū.i.pfiteor credendo esse deū. Et ita large sumitur hic credere. Aug⁹ ꝓo supr̄ sumit magis stricte.

¶ Expositio secundi articuli fidei.

Secund⁹ articul⁹ principal' et ꝑm⁹ D corr q̄ attribuunt filio est iste. Et i iesum christū filiū eius tē. Et supple credo in iesum christū tē. Que duo nomina freqnter in nouo testamēto coniūgūtur.quia nūs eor.scz iesus exprimit ei⁹ dei tatem .interpt̄at enī saluator.et inquātum deus specialiter saluator est Et reliquū nomen scz christ⁹ exp̄mit humanitatē. quia interpt̄atur vnctus .et ingtū homo vnctus est p consortiby suis. ¶ Filiū eius vnicū. id est naturalē /nō adoptiuū. Unde aliud symbolū determinādo dicit. Et ex pre natum tē. Uel vnicū dicit.quia nō est vnus filius inquantū deus t alius fil⁹ inqntū homo. Sed idem christ⁹ in duabz naturis scz deitate et hūanitate.et tribz substantijs scz deitate anīa t carne vnic⁹ est fili⁹. Unde Aug⁹ in eccle.dogma. Non duos filios fatemur sicut sepando naturas nestorij⁹ tradit.sed deū et hominē vnū filiū credimus manentē in duabz substantijs. nō tñ cōfusis naturis. q̄uis enī duas habeat natiuitates /vnam qua nascit de matre.et vnam qua nascit ex do patre.tamen est vnicus filius/nō duo filij. Quando ego in conceptione p viam generatōnis ꝓcessi a patre/t sic quadā natiuitate nat⁹ sum i vtero. Secundo natus sum de matre ex vtero.nec tamen ꝓpter istas duas natiuitates dicēd⁹ sum duo filij sed vnic⁹ ¶ Sequit.dominū nostr. Unde ipe dicit Matth.vlti. Data est mihi oīs potestas in celo t in terra tē. ¶ Per hoc etiā qđ dicit iesum christū/ qđ interpt̄atur saluator et vnctus /deridet hebetudo iudeorū/qui suū messiam. id ē saluatorem adhuc futurū expectant. ¶ Per h̄ etiā qđ dicit /filiū vnicū/ destruit heresim sabellianorū dicentiū eandē psonam ee patrem et filiū.quod aptissimū apparet mendaciū.quia fm decursum naturalē oportz q̄ inter pr̄em et filiū psonalis sit distinctio licz ꝓformitas sit nature t sil'itudo .Quales etenī sumus nos .tales qui a nobis generant. Uñ de ipa diuīa filiatōne dicitur

ad Ro. viij. Accepistis spm adoptois filiorū ⁊c. Et post pauca. Si aūt filij ⁊ heredes. heredes qdem dei coheredes aūt xpi Et ad Eph. i. Predestinauit nos in adoptōnē filioz p iesum christū. Nullo ei seipm gignit. Uñ cū idē sit pr qđ filio in suba. optz q alteritas sit psonaz. ¶ Per h etiā q dicit dñm nostz/destruit hereſ arianoz. q ponūt ineqlitatē psonaz. Uñ Joh. x. Ego ⁊ pr vnū sumꝰ. Et ad Heb. i. Qui cum sit splēdor glie et figura substātie eiꝰ. Et fm Athanasiū. Eqlis pri fm diuinitatē ⁊c. Sicut enī pr dñs est oim ⁊ oipotēs /ita est et filiꝰ. Quod exp̄ssiꝰ determinat in alio symbolo. vbi dr. Oipotēs pr. oipotēs filiꝰ. quod tñ intelligat fm diuinitatē. Quāuis enī humanitati xpi collata sit omniscientia. ñ tamē omnipotentia.

Expositio tercii articuli fidei.

Tercius articulus principalis ⁊ seds eorū q ptinēt ad filiū q dr mīat vtrā qz eiꝰ natiuitatē. s. in vtero ⁊ ex vtero. et est iste. Qui conceptus est de spūsctō natus ex maria virgie. ¶ Dicit g. q. s. xps conceptus ē de spūsctō. i. opatōe spūssctī. vno etenī cōdēqz momēto segregata fuit illa caro assūpta a reliq carne virgis opatōe spūssctī. et aīata aīa rōnali. ⁊ deitas eis vnita. Uñ nō est putādū q sit conceptus de spūsctō sicut ples de semīe patrno concipit. qz sic transisset spūssctus oīno mutatusqz fuisset in carnez sicut pm semē trāsit in carnē plis amittēs ppam spēm /qđ ē etiā solo cogitatu abhorrēdissimū. Uñ ly de nō denotat circūstantiā cause materialis. sz potiꝰ cause efficientis Quāuis enī incarnatio filij dei sit opus totius trinitatis /qz qđ opat vna psona opantur oēs (eo q indiuisa sunt opa trinitatis) ipa tñ gra mediāte q natura hūana vnitur diuīe est donū appropriatū spūsctō. quia hec gra appropriate pcedit a charitate seu a benignitate dei/que spūsctō appropriat Non enī deus inquantū potēs vel inquantuz sapiēs /sed inquātū bonus et benignus nram redemptōem opat est p incarnatōem filij dei. ¶ Dicit igit. q cōceptus est de spūsancto nō naturalit. sed opatōe spūssctī ⁊ qsi fm appropriatōem cause efficiētis. In q ybo tangit natiuitas ei in vtero. s. qua natus est de pr̄e veniēs. nec tñ recedēs. De q Mat. i. Qđ in ea natū est de spūsctō est. Glo. natum. i. cōceptum. ¶ Dicit postea. Natus ex maria virgie. s. natiuitate ex vtero. De qua Lu. ij. Et pepit filiū suū p̄mogenitum ⁊c. ¶ Per h aūt qđ ait. qui conceptus est de spū/sancto. i. opatōe spūssctī et nō opatōe virili/destruit hereſis hebeonitaz. q asserunt christū ex maria et ioseph nuptiali coitu esse cōceptū. ¶ Per hoc etiaz qđ subdit. natus ex maria virgine. vt sz de vera matre de q materiā corpis assūpsit/destruit errorem valentinianoz dicentiū de virgine christū nihil corpis assumpsisse. sed p eam quasi per fistulā transisse.

Expositio quarti articuli fidei.

Quartus articulus principalis ⁊ terciius eorū qui ptinent ad filiū. et q dem describit passiōis eius sacramētum fm omnia que circūstant mortē eius vt est flagellatio. crucifixio. sepultura. ⁊ huiusmodi/ est iste. Passus sub poncio pilato crucifixus mortuus et sepultus. ¶ Qui supple christus passus est sub pilato. i. sub ptāte pilati. Pilato dicto poncio. sz genere. quasi dicat nō rhomano. qđ forte dicit ad differentiā alicuius alteri pilati. ¶ Crucifixus. in quo distinguit passionē suā a passione alioz q suspendunt in patibulo. Oz fm Jsid. patibulū ppe dicit vbi hō suffocat et statim morit. Crux ho vbi diu tortus tandē languēti morte morit. vbi mors gratiosior et pductior est. Uñ multotiēs vnū p alio ponit. ¶ Sequit/mortuus/vera morte. p dissolutōz. s. aie a corpe. diuinitas tamen sp cōiuncta māsit vtrobiqz. Uñ Augustinus sup Joh. Uerbū diuinū exq hominē. id est carnē et aīam suscepit nūqz deposuit. Dicit g ad tpus carnē et aīam sepauit. neutrū tñ a ybo. ¶ Et sepultus. nō tñ vt alij corruptus ⁊ incineratus. Uñ in psal. Nō dabis sanctū tuū videre corruptōem. ¶ Per hoc aūt qđ dicit. passus /crucifixus mortuus/ostēdit verā carnē/ vtpote sensibilē ⁊ passibilē habuisse. In quo elidit error apollinaristaz. q dicūt eū sensuz carne sēsibili caruisse. cū tñ fissima carnē habuerit ⁊ optime cōplexionatā. ⁊ ideo maxime passibilē. Hec absorpta fuit illa passio per vnionē deitatis. quia in illa vnione (vt dicit Damascenus) seruata fuit vtriusqz nature ppietas. Hā qđ passibile/māsit passibile sicut hūanitas. ⁊ quod impassibile/

māsit impassibile sicut diuinitas. Quinimo incompabilit penaz ḡuiorem sustinuit. q̄z possz pur⁹ hō sustinere. eo q̄ pbebat ei illa vnio robur et vires ad sustinendā tā amaram passiōem /in q̄ pur⁹ hō q̄ eiusdē teneritudinis esset (vt dicunt) in initio passiōis defeciss̄et. Destruit ꝫ etiā errorē illoz qui dicūt carnē illam in naturā deitatis trāsisse. z ideo impassibilez fuisse. Quos ꝓfutat Hiero. in epla ad Damasum papā.

Expositō quinti articuli fidei.

QUintus articul⁹ principalis ī numero. et quart⁹ eoz qui spectāt ad filiū ptinet ad redemptiōis sacrm eoz qui erāt in limbo inferni ꝓclusi. fm q̄ ꝓphetauerat Zacharias. ix. cap. Tu q̄z in sanguīe testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu in q̄ nō est aq̄. Et ē iste. Descendit ad inferna tercia die resurrexit a mortuis. ¶Descēdit tm. s. in aīa deitate vnita. quia corpus in sepulcro quieuit. z deitas vbiq̄z erat. Unde sine ea descēdere nō potuit ad īferna .i. ad limbū /partē. s. īferni supiorem. quo detinebāt saluādi q̄sq̄z debituz p̄mi pentis p mortē xp̄i solueret. Q̄z autē dicit ps. Eruisti aīaz meā ex inferno īferiori. nō est contrariū. Dicit enī ibi limbus infern⁹ inferior respectu aerz caliginosi in q̄ vt ī suo inferno affligūt nō maligni spiritus. Uñ respectu illi⁹ aeris q̄ ad sitū. limbus ꝫ est supior pars inferni dicit infern⁹ inferior. ¶Tercia die resurrexit a mortuis. vt p synodochen pars ponat p toto. vt videlicz pars illi⁹ diei pasceues q̄ mortu⁹ ē/ p vna die cōputet. et noz seq̄ns dñice cui⁹ mane resurrexit p die tercio. ¶Per hec aūt verba destruit error eoz qui negant resurrectōem nr̄am. Negare enī nr̄az resurrectiōnē est quodāmodo negare resurrectōnem xp̄i. Sic enī arguit apl's. i. ad Choz. xv. Si chr̄s⁹ resurrexit/ et nos resurgemus. Cū autē ad destructōem cōsequntis sequat destructio aūcedentz. si nos nō resurgem⁹ neq̄z chr̄s⁹ resurrexit. ¶Et nota q̄ fm istā distinctōem articuloz hec duo cōiūgūtur scz descēsus ad īferos. et resurrectio a mortuis. q̄ iste articul⁹ dicit totū qđ xp̄s nob p suā mortē meruit. ꝫ aūt ē redēptio ī aīa. q̄ cōpleta est p fractūrā inferni in descensu ad inferos. z redēptio ī corpe que ꝓpleta ē in resurrectōe p gl'iam corpis.

Expositio sexti articuli fidei

SExtus articul⁹ principalis in numero/et q̄ntus eorū q̄ spectant ad filiū. ptinet ad aptionē loci btitudinis vbi p nobis p̄cursor factus christ⁹ ascendit p̄andens iter ante nos. Et est iste Ascendit ad celos /sedet ad dexterā dei patris omnipotētis. Ascendit igit ad celos fm humanitatē. vel inq̄tū homo q̄ vbiq̄z est fm deitatē. Ascendit inq̄t nō statim p⁹ resurrectōm sed post q̄draginta dies /quibus apparuit p multas vices discipul' suis. vt fidem eoz roborar et apparitōib⁹. et probaret gl'iosam resurrectōem sui corporis. quod oculis suis paulo ante discipuli viderant extinctū. ¶Sequit. sedet ad dexteram dei patris omipotētis. hoc est ī etna beatitudine. ad quā dexterā posituras est electos suos. vt dicit Matth. xxv. Et statuet oues q̄dem a dextris z̄. Uel ad dexterā dei patris. id est in iudiciaria potestate. quia vt dicit Joh. v. Pater oīem iudiciū dedit filio. Et vtrūq̄z notat cū dicit. sedet. quia sedere est quiescentiū z iudicantiū. quasi dicat. pacifice gl'iat. et oīa quiete z pacifice cū patre iudicat z disponit. Et iste articul⁹ destruit illam hereſim q̄ negat equalitatē patris et filij. Et sil'r illaz q̄ dubitat de ascensiōe eius in celū. et per cōsequēs negat nr̄am que causat ex sua. sicut erectio mēbroz sequit ad erectōem capitiz. Unde Aug⁹. Uis ascēdere ad celū. ascendentē tene. eteni ꝓ teipsum leuari nō poteris. Si ergo vis ascēdere mēbrū illi⁹ esto qui solus ascēdit. Joh. iij. Nemo ascēdit in celū nisi q̄ descendit de celo fili⁹ homis qui est in celo.

Expositio septimi articuli fidei

SEptimus articul⁹ principalis in numero. sextus vero et vltimus eorum qui fm istā assignatōnem ptinent ad filiū est de reditu ad iudiciū. quoniā vt dicit Joh. v. Pater omne iudiciuz dedit filio. vt scz ille qui viuus iudicat⁹ ē/ z extinde mortuus iudicet viuos z mortuos. z est ille. Inde ventur⁹ est iudicare viuos z mortuos. Inde scz. id ē postmodū. Uel inde. i. de celis q̄s ascendit. venturus est. scz in die iudicij. iudicare viuos z mor

tuos. Ad litterā. quia tūc et viui ⁊ mortui reperient iudicandi. vt innuit apl'us. i. ad Thessa. iiij. Et mortui q̄ in christo sunt resurgent p̄mi. deide nos q̄ viuim⁹ q̄ relinq̄mur simul rapiemur cū illis in nubib⁹ obuiam xp̄o in aera ⁊c̄. Illi tñ viui q̄ reperiuntur morient/ꝫ statim in momēto resurgēt. iudiciū cū resuscitatis recepturi. vbi ñ putet p tractū et morā tp̄is singulo⁹ examinationē fieri. sed vno eodēq̄ momēto ⁊ merita singulo⁹ discutiet ⁊ discussa iudicabit. Unde Aug. Non est in illo iudicio singulo⁹ hominū vicissim opanda discussio. ꝫ momētaneo discussu simul oīa sicut ⁊ fecit sic et iudicabit. Uel aliter. Uentur⁹ est iudicare viuos. s. vita gratie. ⁊ mortuos. s. morte culpe. ¶ Ubi nota q̄ aliud symbolū addit ista ꝟba. cū gl'ia. quia licz christ⁹ i forma serui i qua iudicat⁹ ē sit ipe iudicatur⁹. tamē in forma gl'iosa apparebit ⁊ in carne gl'ificata. Uel cū gl'ia. id ē cū societate gloriosa electo⁹ū simul iudicantiū. quia vt dicit Esa. iij. Dñs ad iudiciū veniet cū senio⁹ib⁹ ppl'i sui et p̄ncipib⁹ ei⁹. ¶ Ex q̄ patet q̄ q̄dam ibi iudicabunt ⁊ nō iudicabunt. vt pfecti q̄ oīa ppter christū reliq̄ūt ⁊ secuti sunt eū. qui christi in iudicādo assessores erūt. Alij nō iudicabūt sed iudicabūt. scz fideles/qui p̄m opa sua recipient iuxta discussionē/de q̄ habet Matth. xxv. Esuriui ⁊ dedistis mihi māducare ⁊c̄. cū alijs ibidē/tā respectu electo⁹ q̄ respectu reproboꝝ expositis. Judicabunt enī q̄dam eorū ad gl'iam/⁊ q̄daz eoꝝ ad penā. Alij nec iudicabūt nec iudicabunt. s. infideles. q̄ iā iudicati sunt Unde Joh. iij. Qui non credit iā iudicat⁹ est.

Expositio octaui articuli fidei.

Quinq̄ aūt articuli seq̄ntes pertinent ad sp̄m sanctū tā in se q̄ in donis suis. In se dico. q̄ in octauo articulo in ordīe omniū duodecim articuloꝝ. primo ꝓo in ordine istoꝝ quilibz exprimit psonalitas sua. Et est iste. Credo i spiritū sanctū. Et circūlocutiue loquit. Qñ enī hec vox spūs sctūs capit dictionaliter. tūc solā terciā psonaz in trinitate designat. Quādo aūt vi oratōis tenet/essentialit̄ sumitur/⁊ cōuenit toti trinitati. s. deo. ¶ Et nota q̄ in alio symbolo ad maiorē expssiōem istius articuli addunt plura. scz. in spiritū sanctū dñm ⁊ viuificātē/qui ex p̄re filioq̄ pcedit. qui cū patre et filio simul adorat et pglorificat. q̄ locut⁹ est p pphetas Et hoc ppter quasdā hereses que postea pullulauerunt. Impijssimi enī Nestori⁹ et euthicius dixerūt spiritū sanctū esse seruū p̄ris ⁊ filij. et eis obedire/sicut virtus q̄daz alie na ab essentia eoꝝ. nec dare vitā gr̄e/nec īspiratōem. ⁊ ideo additū est. dñm ⁊ viuificantē. Et ad equalitatē significādā apposit̄ est. qui ex patre filioq̄ pcedit. qui cum p̄re et filio simul adorat ⁊ conglorificatur. Montanus autē q̄dam heretic⁹. ⁊ porphir⁹ q̄dam ali⁹ post eū discipul⁹ suis dixerūt. pphetas nō diuino spū sed tanq̄z pphanaticos locutos fuisse. sicut loquūtur energumini ⁊ arrepticij. Et vt coꝝ errorē excluderet addiderūt. q̄ locutus est p pphetas. quia cū spūsancto inspirāte locuti sūt sancti dei homines.

Expositio noni articuli fidei.

Nonus articul⁹ in ordine p̄ncipali ⁊ secund⁹ coꝝ qui spectant ad spiritūsanctū. fm scz q̄ signat et vnit generaliter ecclesiam est iste. Sanctam ecclesiam catholicā. ¶ Et nota q̄ illud q̄ sequit. scz sanctoꝝ cōmunionē additūgūt aliqui isti articulo. Alij vero additūgunt articulo sequēti. ¶ Scōm p̄mū modū exponitur sic. Credo/supple sanctā ecclesiā catholicā/siue militantē siue triūphantē esse cōmunionē. id ē congregationē vel societatē sanctoꝝ. Uel sic. Credo sanctā ecclesiam catholicā adhuc in terris militantē. ⁊ credo sanctoꝝ cōmunionē. id ē sanctoꝝ societatem/in celo scilicz esse. hoc ē eccl'iam triumphantē. quasi diceret. vtrāq̄z ecclesiam credo. Uel credo sanctaz ecclesiā catholicam. hoc est siue militātē siue triūphantē. et credo sanctoꝝ cōmunionē. id est suffragia ip̄ius ecclesie/que cōmunicamus. Uel cōmunionē id est eucharistiā esse scilicz in altari. quod negāt albigenses ¶ Scōm vero eos qui tātūmodo ponūt istō p articulo. sanctā eccl'iaz catholicā/exponitur sic. id est eccl'iam vniuersalē. Catholicon enī grece latine signat vniuersale. Et dicit ecclesia vniuersalis fm Boeciū duabus de causis. Prima scz quia est vniuersaliter predicata per quattuor partes terre. Unde in psal. dicit. In omnem terrā exiuit sonus

cor. Scda causa q̄ articl'os habz vniuersalit veros. q̄b. s. nullū falsū p̄t subesse.

Expositō decimi articuli fidei.

DEcimus articul⁹ in ordine p̄ncipali et terci⁹ cor. q̄ spectāt ad sp̄m sanctū ꝑm. s. effectū gr̄e ꝫ peccatū est iste. Remissionē pctōz. s. credo. Et itelligāt generalit de remissione pctōz. siue q̄ fit in baptismo/siue q̄ fit extra baptismuz. sic in penitētia. Tamē aliō symbolū nō videt loq̄ nisi de remissione pctōz q̄ fit ī baptismo. Dicit enī. cōfiteor vnū baptisma in remissionē pctōrū. Sed ꝫ q̄ ibi specialit dicit de baptismo fuit ꝫ hereticos certos impugnātes sacramētū baptismi Est ḡ sensus. Credo remissionē peccatorū fieri. supple p deū. siue in baptismo triplici. sc̄z fluminis. flām̄is et sanguinis. siue post baptismū in penitētia. ¶ Scdm alios aūt q̄ (vt supra tactū ē) istud adiūgunt cū articulo p̄cedenti. vt sc̄z sit vnus articul⁹. eccl'iam sanctā catholicā/sanctoz cmunionē/remissionē peccatoz (sicut inferi⁹ lati⁹ dicet) sic expone. Credo eccl'iam catholicaz. id ē vniuersalē eccl'iam habentē modo vl' habiturā in futuro/cōmunionē sanctorū. id ē omnē vnionē vel societatē sanctoruz. quādo sc̄z regnū militās veniet ad regnuz triūphans. Et credo suppe hanc ꝓsecutā vel cōsecuturā remissionē peccatorū/sc̄z p eccl'iastica sacramēta ꝛ bona opa. q̄si dicat Credo pctā dimitti his q̄ sunt de eccl'ia fideliū et nō alīs. Quāuis eī de⁹ p se dimittat pctā/nō tñ dimittit nisi p p̄sentiā sacramentoz. nisi necessitas excluderet būficiū sacramenti. Prior tñ mod⁹ exponēdi conuenientior apparet.

Expositio vndecimi articuli fidei.

VNdecim⁹ articul⁹ in ordine p̄ncipali/ꝛ q̄rtus cor. q̄ spectāt ad spiritūsanctū est de spiritu insufflāte sup interfectos veneno p̄mi parētis. ꝺ quo p̄dixit ezechiel Ezech. xxxvij. Et q̄ttuor vētis veni sp̄us ꝛ insuffla sup interfectos istos ꝛ reuiuiscāt. Et est iste. Carnis resurrectōnem. ꝛ est sensus. Credo sp̄m sanctū p reductōem sp̄us creati ad corp⁹ faciētez sua ꝓtute carnis resurrectōem. Quod etiā inuit p̄s. cū dicit. Emitte sp̄m tuū ꝛ creabūt ꝛ renouabis faciē terre. ¶ In q̄ resurrectōe credēdū est idē corp⁹ qđ p mortē cecidit/ad eundē sp̄m. i. ad eandē aīam redituz. siue cuiuslibet mēbri materia ad idē membrū in q̄ erat redeat/vt exponūt aliq̄. siue eadez materia tota corpis redeat ad totū corp⁹. nō tñ necessario materia cuiuslibz mēbri ad idē membz ꝫm exēplū qđ ponit Aug. Qñ de statua enea fusa fit massa. ꝛ iterū de eadem massa fit statua. vbi ē oīmoda idētitas materiāl' et numeral' inter statuā priorē et posteriorē. q̄ materiā est eadē nūero ꝛ forma naturāl'. Sz eneitas. et tñ forte qđ pri⁹ fuit materia pedis ī statua pōri infusa/erit materia brachij in statua posteriori. Et sil'r in ꝓposito. ¶ Argumentū aūt infallibile q̄ resurrectio erit q̄tidie habem⁹. Uñ dicit Petrus rauēnas. Crede te hō in morte posse resurgere q̄ antecz̄ viueres nihil fuisti. aut q̄re dubitas q̄ resurgas. cū totū qđ in reb⁹ est cōtinue sic resurgat? Sol enī occidit ꝛ resurgit. dies sepelit ꝛ redit. menses. anni. fruct⁹. tps. semia cū trāseunt ipa moriūt. cū redeūt ipa sua morte vireſcūt. Et tu etiā q̄tiēs dormis ꝛ dormiēdo cuigilas/tecuz q̄si moreris ꝛ resurgis.

Expositio duodecimi articuli fidei.

DUodecim⁹ ꝛ vltim⁹ articul⁹ in ꝺ ordine p̄ncipali. et quint⁹ eoruz qui spectant ad spiritūsanctuz/est de sp̄ūsancto eternalit electos p̄miante. et est iste. Uitā eternā. ꝛ est sensus. Credo vitam eternā a spirituscto in p̄miū electz collataz. ¶ In hoc etiā articulo mos est na docē debere credi reprobis futura. q. ꝺ. Credo vitā eternā p̄miū bonoz. ꝛ mortē eternā suppliciū malorū. ¶ Hec aūt vita eterna ꝓsistit in stola aie ꝛ corpis Stola aūt anie in trib⁹ ꝓsistit. s. in manifesta cognitōne sūme trinitatis q̄ succedit fidei. Joh. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscāt te solū vez deū ꝛ quē misisti iesū christū. Itē ī pfecta eius fruitōe q̄ succedit spei. Itē in pfecta ei⁹ dilectōe. q̄ ñ euacuabit̄ sz pficiet̄ charitas ipsius dei. Stola aūt corpis ī q̄ttuor etiam ꝓsistit. s. in agilitate. subtilitate. claritate. in impassibilitate. De q̄b⁹ dr Sap. ij. Fulgebūt iusti ꝛ tanq̄ scintille in arūdineto discurrēt. Si igit fulgebūt ḡ habebūt claritatem. Si iusti/ḡ habebūt īmortalitatē seu īpassibilitatē. q̄ Sap. i. Justicia ꝑpetua

est ⁊ īmortal'. Si sint scintille /g habebūt subtilitatē. Si discurrēt /g habebūt agilitatē. Per hūc articulū destruit heresis ponentiū deū nō curare facta hoīm .⁊ heresponētiū aīam īterire cū corpe ¶Āmē. Iste termin⁹ amen qñqz tenet aduerbialit'.⁊ sic interp̄tat fidelit' fm aḡlam. ⁊ sonat tantuz sicut ita fiat.⁊ ponit Deutē. xxvij. Et dicet oīs ppl'us amen. Āliqñ noīaliter. aliqñ ꝟbaliter. vt dari p̄t exemplū Āpoc. iij. Hoc dicit amen. i. ꝟitas. Uel amen. i. veritatē annunciās. Et potest hic sumi p̄io vel secūdo modo.

¶In sint alia credenda vltra articulos.

¶Sj autē q̄rat'. an teneamur aliq̄ credere q̄ nō sunt articuli. sicut verbi gr̄a. Fornicatōem esse pctm̄ mortale ⁊ ꝓsil'ia: Dici debz q̄ sic. Optz enī ml'ta credere q̄ nō sunt articuli. maxime ea q̄ articulos p̄cedunt. Credere enī deo nō ē articul⁹ /ſz articulos p̄cedit.⁊ tñ optet deo credere. q: antecedit articl'os. Uñ cū credere deo sit credere verbis ei⁹ siue sacre scripture q̄ dicit fornicatōnem esse pctm̄ mortale. Patet q̄ q̄ctus nō sit articul⁹ optet illud credere. Et sicut q̄ negaret p̄ncipia alicui⁹ artis diceret heretic⁹ in illa arte /sic q̄ negaret fornicatōem esse pctm̄ mortale/ vl' aliq̄d qđ asserit sacra scriptura. qđ q̄dez articulos fidei antecedit/ heretic⁹ in fide deberet reputari.

¶Vnde sumitur numerus et distinctio articulorum fidei.

¶Umer⁹ aūt articulo:⁊ distinctōez fm p̄tactū modū exponēdi sic accipe. Cū enī credere habeamus q̄ deū in sua essentia vn⁹ et simplex /trin⁹ sit ī psonis. quib⁹ q̄dem psonis iuxta suas pp̄rietates psonales certe erga nos et nr̄am salutē attribuunt opatōes pticl'ares /q̄s etiā credere habem⁹ /inde insurgit numerus et distinctio duodecim articulo:⁊ fidei iuxta duodecim q̄ sic nobis de ip̄is psonis diuinis credenda incūbūt. Et q: iuxta ip̄z modū exponendi vnū attribuit̄ psone patris. sex ꝟo psone filij.⁊ quiqz psone sp̄ūssancti. ideo duodecim artic'li fidei assignant'. vn⁹ respectu patris. sex respectu filij .⁊ q̄nqz respectu sp̄ūssancti. ¶De vnico articulo qui attribuit̄ psone patris. ¶Prim⁹ enī articulus q̄ vt tactū ē attribuit̄ patri exp̄mit ei⁹ psonalitatē ⁊ oīnipotētiā/cū dicit. Credo in deū p̄rem oīnipotentē creatorē celi ⁊ terre.⁊ hunc articulū posuit Petr⁹. ¶De p̄io sex articulo:⁊ attributo:⁊ psone filij. ¶Primus ꝟo sex articulo:⁊ q̄ attribuunt filio exp̄mit ei⁹ psonalitatē .cū dicit. Et in iesum christū filiū ei⁹ vnicū dn̄m nostr⁹. Et hūc posuit Andr̄eas. ¶De scdo ⁊ tercio. ¶Secūdus exp̄mit vtrāqz ei⁹ natiuitatē cū dic̄ Qui ꝯceptus ē de sp̄ūsctō natus ex maria virgine.⁊ hunc posuit Joh̄es euāgelista. ¶Terci⁹ exp̄mit passiōis sue sacr̄m cū dic̄ Passus sub pontio pilato crucifixus mortuus ⁊ sepult⁹ /⁊ hūc posuit Jacob⁹ maior ¶De q̄rto .Quartus exp̄mit ei⁹ descensuz ad inferos.⁊ ꝯseq̄ntez resurrectōz/cū dicit. Descēdit ad inferna .tercia die resurrexit a mortuis.⁊ hūc posuit Thomas .¶De q̄rto. Quint⁹ exp̄mit ascēsum suū ad supos.⁊ ianue celestis aptōnem./cū dicit. Āscēdit ad celos sedet ad dexterā dei p̄r̄is oīpotēt'.⁊ hūc posuit Jacob⁹ mior. ¶De sexto Sextus exp̄mit ei⁹ iudiciariā potestatē /cum dicit. Inde vēturus ē iudicare vivos ⁊ mortuos.⁊ hunc posuit Philipp⁹. ¶De quinq̄ articulis attributis psone spiritussancti ¶Prim⁹ ꝟo q̄nqz articulo:⁊ q̄ attribuūt sp̄ūsctō exp̄mit eius psonalitatē/cū dicit. Credo ī sp̄m̄sanctū. ⁊ hūc posuit Bartholomeus. ¶Scūs exp̄mit ei⁹ sanctificatiōnē ⁊ vnionē/qua in eo vnit̄ eccl'ia. cū dicit. Sctām eccl'iam catholicā. sanctoz:cōmunionem.⁊ hūc posuit Matthē⁹. ¶Tercius exp̄imit eius remissionē siue iustificationē p̄ generalē remissionē/cū dic̄. Remissionē pctō:. et hunc posuit Symō chananeus. ¶Quartus exp̄imit ei⁹ viuificatōz p̄ generalē resurrectionē/ cū dicit. Carnis resurrectōem.⁊ hūc posuit Judas thadē⁹ ¶Quintus et vltim⁹ exp̄mit eternā ei⁹ p̄miatōem/cum dicit. Uitā eternā. et hunc posuit Matthias. Ut clari⁹ hec patent in figura seq̄nti.

¶De quadaz alia distinctōe articulorum fidei.

¶Est et alia distinctio quorūdā modernorū. qui symbolū in quartuordecim diuidūt articulos. Diuidūt enī p̄mū et terciū et quītū articulos supra positos. quēlibet in duos. nonum vero et decimū redigūt ī vnū. put videt̄ distingui

symbolū nicenū qđ cantaf in missa. ¶Et ſm hanc diſtinctiōem ponūf septē articli ptinētes ad diuinitatē. et alij septē ptinentes ad hūanitatē. sic. ſ. Ham symbolū aut ē de deitate aut de humanitate.

De septez articulis

ptinentibus ad deitatē. Et primo d̄ ꝑmo. ¶Si aūt est de deitate. tūc ꝑm⁹ articulus est vnū deū tm̄ esse. Et est iste. Credo i deum. Scđs articul⁹ est pfem esse vnū deū creatorē q̄ oim. Et est iste. Pfem oipotentē creatorē celi et terre. Et vt supꝫ tactū est isti duo articuli ſm assignatōem p̄cedentē nō sunt nisi vn⁹ articul⁹. ¶Terci⁹ articul⁹ est filiū ei⁹ vnicū esse vnū deum sibi cōlez. Et est iste. Et in iesum christū filium eius vnicū dn̄m nostꝫ. ¶Quart⁹ articul⁹ ē spiritūsctm̄ esse vnū deū ab vtroq; ꝓcedētem Et ē iste. Credo in spm̄sctm̄. ¶Quint⁹ articul⁹ ē deū pctā dimittere his q̄ sunt i eccle sia z habēt ꝯmūionē eccl'ie. z nō alijs. Et est iste. Sctām eccl'iam catholicā /sctōrū ꝯmūionē remissiōem pctōꝝ. Et sic vt supꝫ tactū est ꝯiūgunf isti duo articuli i vnum. scz non⁹ z decim⁹. ¶Sext⁹ articul⁹ ē deuz suscitatuꝫ mortuos. Et ē iste. Carnis resurrectōem. ¶Septim⁹ articul⁹ ē deū esse remuneratorē bonoꝝ. Et ē iste. Uitā eternā Sub q̄ etiā comꝑhendif deū esse punitorem maloꝝ.

De septē articulis

ptinentib ad hūanitatē. ¶Si autē symbolū sit de humanitate. tūc articul⁹ ꝑmus est q̄ christ⁹ ꝯceptus ē de spiritusctō. Et est iste. Qui cōceptus ē de spūsctō. ¶Scđs articul⁹ ē filiū dei natum esse de ꝙgine maria. Et ē iste. Nat⁹ ex maria ꝙgine. Et vt supra tactuꝫ ē isti duo articuli ſm assignatiōnē p̄cedentē nō sunt nisi vn⁹ articulus. ¶Terci⁹ articul⁹ est filiū dei esse passuꝫ crucifixum mortuū z sepultū. Et est iste. Passus sub pontio pylato crucifix⁹ mortu⁹ et sepult⁹. ¶Quart⁹ articul⁹ ē filiū dei descendisse ad inferos. z ē iste. Descēdit ad iferna ¶Quint⁹ articul⁹ est filiū dei resurrexisse a mortuis. z est iste. Tercia die resurrexit a mortuis. ¶Sextus articul⁹ est filium dei ascendisse ad celos. sedereq; ad dexterā patris. Et ē iste. Ascendit ad celos sedet ad dexterā dei patris oīnipotentis. ¶Septimus articul⁹ est filiū dei iudicaturum bonos et malos. z est iste. Inde ventur⁹ est iudicare viuos et mortuos.

¶Finit tractatus ꝑm⁹ hui⁹ libelli qui est de expositōe articuloꝝ fidei.

¶Incipit tractatus

secund⁹ de decem p̄ceptis legis z eoꝝ expositione.

Circa tractatū z

de p̄ceptis legis summati tā genda sunt. Quid est p̄ceptū. Qualit̄ p̄cepta distinguūtur. Expositio p̄ceptoꝝ. De numero et sufficientia p̄ceptoꝝ. Qualiter in ip̄is p̄ceptꝫ septē capitalia. pinde alia pctā ꝓhibeanf.

De diffinitōne pre-

cepti z eius expositōne.

Diffinif autē p̄ceptū ab aliq̄bus sic. Preceptū est imperiū obligās ad obſuatōem rei vl̄ actus impati. Extrahif radicalit̄ hec diffinitio a diffinitōe p̄cepti q̄ dat Aug. lib. de ꝙgini. di. Preceptū ē cui nō obedire pctm̄ est. ¶Dicif in dicta diffinitōne obligans ad obſuatōem. ad dīntiā ꝯsilij q̄d ꝑ se nunq; obligat vt dicit Aug⁹. q̄nis ꝑ accidens id qđ ꝯsulif videaf obligare. vtpote si in casu p̄ceptū nō possit impleri nisi fiat ꝯsiliū. vt si nō possim sustentare pentes. scz pfem z mrez nisi vendā oīa. tūc tenerer oīa vēdere. Qđ q̄dem d̄ se ꝯsiliū nec obligat nisi in casu ꝑ accidēs vt exemplificatū est. ¶Et si obūciaf q̄ sil'z obligat votuz ad obſuationē/z sic cōuenit ei p̄cepti diffinitio. Rn̄de. Aliq̄d vouere ē tm̄ ꝯsilij n⁹ quē q̄ obligat. null⁹ enī ꝫ suā voluntatē obligaf ad vouendū. ſz q̄ vouerit obligatur necessario ad reddendū. Et ꝫ ideo ē. q̄ reddere votū est p̄cepti/sed vouere est ꝯsilij.

De varia distinctō

ne variaq; assignatōe p̄ceptoꝝ in tabulis legis.

Distinctio autē ponif varia p̄ceptoꝝ. Joseph⁹ enī dicit quinq; mandata esse scripta i vna tabula z q̄nq; in alia. Origen. autez ponit q̄tuor in vna z sex i alia. Aug⁹ autē ponit tria i vna z septez in alia. vtpote tria q̄ ptinent ad deū in ꝑma tabula. z septem q̄ ptinent ad ꝓximū i scđa. Et hūc moduꝫ

augustini seq̄t cōis opinio. q̄ enī Aug. ponit tria esse ī vna tabula et septē in alia. hoc magis dicere videt̄ p̄ dignitate q̄s p̄ scriptura. eo q̄ tria p̄tinent ad dilectōem dei ꝛ septem ad dilectōez p̄rimi. Uñ si ꝓsiderent̄ ipe tabule et eaz̄ scr̄tura in se sicut ꝓsiderāt hebrei et ioseph̄us. sic vtraq̄ tabula ꝓtinebat q̄nq̄ mādata seu p̄cepta. Si aūt ꝓsiderent̄ fm respectū et relatōez eoz̄ ad que dicta mādata ordiabāt. cū tria ordinent̄ ad deū/ꝛ septē ad p̄imū/poterit tali fine ꝓsiderato dici tria cē in vna et septē ī alia.

Expositio p̄cepto

rum legis. Et p̄imo p̄imi.

Nunc autē accedendū 'est ad expositōem singuloz̄ p̄ceptoz̄. Et cum lex p̄ceptoz̄ posita sit ppt̄ trāsgressiōes cohibēdas (vt ptz ad Gal. iij.) et triplicit̄ trāsgressio fiat. scz corde ore ꝛ ope. et ꝫ q̄dez tā q̄ ad deū q̄s etiam q̄ ad p̄imū. vt pfecta sit cohibitio trāsgressiōis. pfecta ponit̄ lex p̄hibitōis. et sic mandatoz̄ seu p̄ceptoz̄ subseq̄t̄ iniūctio. Et p̄mo q̄tū ad deū p̄hibet p̄mū p̄ceptū coz̄ ab idolatria. vt dē. s. diligat̄ toto coꝛde Est enī de colēdo deo Et colere deū vt dīc̄ glosa. est sese toto mentꝭ affectu illi mācipare. et est istō. Nō habebis deos alienos coram me. q. d. De habeb deū nō alienū. Exponensq̄ qō dixit deos. subdit. Nō facies tibi sculptile. i. imaginē sculptam. qō vocat Aug⁹ idolū. neq̄ silitudinē oīm q̄ in celo sunt desup. et q̄ in tra deoꝛsum ꝛ. q̄ expositio est ꝓbi p̄cedēt̄. Uel fm Orige. sculptile siue idolū est qō nō hz̄ silitudinē in natura sicut chymera. Silitudo aūt ē eoz̄ q̄ aliquā habēt in natura silitudinē. vt imago bois vel bouis ad verū boiez vl' ad verum bouem. qō videt̄ p̄ hoc quod seq̄t̄. q̄ ī celo desup ꝛ q̄ in terra deoꝛsum. ¶Sed ex hoc videt̄ q̄ p̄hibeant̄ imagines q̄ ad litterā sculptilia sunt. q̄ sculpunt̄? Sz rñdet̄. q̄ ante incarnatōnem q̄n data fuit hec lex/ nulla ī ligno vl' ī lapide sculpi potuit ī coꝛpalis dei imago. quia imago spūs fingi ñ p̄t. et ppt̄ea ante incarnatōem reꝓbande erāt imagines. Sed q̄ ꝫ fieri potuit post incarnatōez filij dī. ppt̄ ꝫ extūc fieri ꝓcedūtur. ꝛ ab ipo q̄dem ā legē tulit ꝛ dispēsare potuit. s. christo. Uñ refert Damas. q̄ xp̄s abagaro regi misit in pāno imaginē suam eo q̄ pictoꝛ ab eodē rege missus ad depingendū imaginē christi/ nō poterat vultuz ei⁹ p̄ claritate intueri. vt ei⁹ singula lineamēta ꝛ mēbꝛa p̄pe describeret. Sed q̄ hec respōsio nihil oīno apd̄ vnū populū iudeuz valeret. qm̄ nr̄as imagines reꝓhēdūt. ideo alit̄ dici p̄t q̄ nō simplicit̄ p̄hibent̄ oīno fieri imagines. Unde Beda. Imagies fieri nulla lr̄a diuīa vetuit. haz̄ etenī aspect⁹ multū ꝓunctōis solet p̄stare ꝓuentib⁹. ꝛ eis q̄ lr̄as ignoꝛāt quasi viuā de xp̄i passione exhibēt recoꝛdatōem. Salomō em̄ instinctu diuīo fecit eas in tēplo dei. Sz oīno p̄hibent̄ fieri ad hūc vicz finē vt adorētur et colant̄. Unde seq̄t̄. Neq̄z adoꝛes neq̄z colas ea. Ad adoꝛandū igit̄ ꝛ colendū p̄hibent̄ imagines fieri. Nos aūt nō adoram⁹ imagies. sed refert̄ honoꝛ ꝛ adoratio ad imaginatū. s. ad deū vl' ad sanctū ei⁹ cuius est imago. vt dicit Aug. li. iij. de doctna xp̄iana. ¶Seq̄tur. Nō adoꝛabis neq̄z coles. Inter q̄ sic distingue. Nō adoꝛabis scz veneratōe corpis. vt inclinādo eis /vel genuflectēdo. Neq̄z coles. s. affectōe mentꝭ Unde glo. Aliud est colere. aliō ē adoꝛare. Potest q̄s inuit⁹ vl' adulādo regib⁹ idolatris vel toꝛmētis vict⁹ adoꝛare/cū tñ sciat idolū nihil esse. ꝛ sic nulla mētis affectōne ad idolū moueri. ꝛ p ꝓseq̄ns nō colere. Colere enī est toto mentis affectu ꝛ studio mācipari. ¶Sequit̄. ego enī /discretiue dīc̄. q. d. Ego nō al⁹. Sū dñs. ꝛ ideo timēdus. De⁹ tuus. ꝛ ideo diligēd⁹. Fortis zelotes. id ē diligēs amatoꝛ. Uñ Deut. v. De⁹ tu⁹ deus emulatoꝛ visitās. s. puniendo iniq̄tates patrū. s. nō custodientiū p̄cepta data/ ī filios. i. puniēs etiā ipos filios si p̄res ista nō custodierint. Puniunt̄ enī q̄nq̄z filij ꝓpter̄ patris tpaliter/nō eternalit̄. Et sic intelligе illud Ezech. xviij. Filius nō portabit iniq̄tatē p̄ris ꝛc. scz eternalit̄. Uel visitās peccata patrū in filios etiā eternal'z. Non autē q̄ sunt peccata patr̄z. sed q̄ sunt pctā filioz̄ imitantiū pctā patr̄z. Usq̄z in terciā ꝛ q̄rtā generatiōem. Hoc dicit q̄ q̄nq̄z solent p̄res in terciā ꝛ q̄rtā generatōem viuere. ꝛ plerūq̄z filioz̄ vel nepotū suoz̄ molest⁹ ferre cruciat⁹ q̄s ꝓpos. Loꝛ q̄ oderunt me. i. peccatoz̄ et malorū. ꝛ faciens misericoꝛdiā in mlta milia. i. in omnes. Et ponit ibi finitū numer̄ p̄ infinito. Diligentibus me ꝛ custodiētib⁹ p̄cepta mea Iste termin⁹ et ponit̄ ibi exꝓsitiue q̄ id ē custodiētibus. Qui enī diligit deū p̄cepta ei⁹ fuat.

Unde Joh.xiiij. Si qs diligit me ꝓmonem meū ꝓuabit. ¶ Sed q̄rit q̄lit iſtō poſſet dici ꝑmū ꝑceptuz. cū dilectio dei dicat ꝑmū mādatū? Matth.xxij. Hoc ē (loq̄ndo de dilectōe dei) primū et maximū mandatū. Rñdet q̄ illō mandatū de dilectōe dei idē est cū ꝟ ꝑmo ꝑcepto decalogi. Jubet ei ꝑmū ꝑceptū decalogi vnū deū coli / et nihil ei in amore ꝑferri. z sic idem est vel equipollet ꝑmo mādato. iuxta ꝓallegatū Matth.xxij.c. Uel ꝑt dici q̄ dilectio ſpēale mādatū nō ē. ſz radix z ſtipes ceterorū. ad q̄ ſz cetera mādata reducūt. Uñ primū mādatū dicit nō ordine ſz dignitate. i. inter cetera ꝑcipuū z maximū. cū oīa ꝓhendat

Expoſitō ſecūdi ꝓcepti

A Secūdū ꝑceptū cohibet os a periurio / a blaſphemia / a mēdacio. z est iſtud. Non aſſumes inuanū nomē dei tui. ſ. falſe vel ſupflue / vl' doloſe q nomē dei iurādo vel mētiēdo. vl' ipm nomē blaſphemādo. vl' puerſe de deo ſentiēdo. ¶ Et ſi obiiciat q ꝑm iſtā expoſitōez iſtō ptinet ad q̄ntū ꝑceptū ſcōe tabule. ſ. ad illō. Non loquaris ꝛ primū tuū falſum teſtimoniū vbi agit de periurio? Dic q̄ iurās falſū duplicit peccat. Prio. ſ. ꝛ primū ſuū cū decipiēdo. et iſto mō ex pte ꝟbi q̄ ordinatū ē ad primū. et q̄ ad hoc cadit ſub dicto q̄nto mādato ſeu ꝑcepto ſcōe tabule. Itē ſecūdo peccat inuocādo ad ꝓfirmatiōem falſitatis vel deceptōis teſtē diuinā veritatez. z iſto mō peccat i deū. z q̄ ad ꝟ hr̄ ſub iſto ſcōo mādato ſeu ꝑcepto ꝑme tabule. ſz ī iſto loco. ¶ Nec enī habebit dñs hoiem inſontē. i. innocentē / ſz q̄n apud deū nocētz penas exoluat. ſz q̄ aſſumpſerit nomē dei frustra. Unde Deut.v. Nō vſurpabis nomen dei frustra. q̄ nō erit impunit? q̄ ſup re vana nomē dei aſſumpſerit. Uel nō habebit dñs inſontē. i. innocentē. hoc ē a culpa immunē eū q̄ aſſumpſerit nomē dī frustra. quia vt habet Eccl. xxiij. Uir multū iurans replebit iniq̄tate / et nō diſcedet a domo ei? plaga. ¶ Sed q̄d dicet de iſtis magnatis et ſecl'aribꝫ q̄ conſuetudinē habent iurandi / nunq̄d trāſgrediunt iſtud ꝑceptum ſeu mādatū / z peccāt mortaliter? Aliq̄ rñdet diſtinguēdo dicētes q̄ periurio multiplicit dicit. ſz indiſcreta iuratio. vtpote qñ q̄s inutilit iurat verū. vel qñ ſine deliberatiōe iurat / et tunc nō credūt eſſe mortale pctm̄. Nam tūc fit ꝑter ꝑceptū. ſed nō ꝓtra precꝑtū / niſi forſan numia eſſz aſſuefactio. Alio mō ſumit periurio / vbi vel qñ q̄s iurat cum deliberatōe illō q̄d iuramēto ñ eſſz aſſerēdū / imo nec ſimplicit dicēdū ſeu loq̄ndū. ſed poti? oppoſitū. z tūc credit eē mortle pctz Alij diſtinguūt dicētes / q̄ periurio multiplicit dicit. Uno mō falſa iuratio. q̄ ſi fiat ex ignorātia / adhibita tm̄ ꝑa diligētia debita / nō est peccatū. Sed ſi fiat nō adhibita diligētia debita / pctm̄ q̄dem est ſz venale. Sm̄ūt falſa iuratio fiat ſciēter. vtpote cū mendaciū iuramento ꝓfirmat / tūc niſi tm̄ iocādo fieret. ſemp est pctm̄ mortale. Alio modo dicit periurio trāſgreſſio iuramēti iam facti. q̄d ſi fuit licitū ſp est ipa tranſgreſſio mortale pctm̄. Si ꝟo illicitū. trāſgreſſio illi? nō est pctm̄. ſed illō illicitū ſcienter iurāſſe fuit pctm̄. Tercio mō dr periurio indiſcretū iuramentū. q̄d ponunt (niſi alia aggnaret circūſtantia) veniale pctm̄. ¶ Itē nomen dei ꝟ vanū aſſumit q̄ ipm xp̄m purā creaturaz ponit ſeu aſſerit. q̄ ſic ponit ipz eſſe vanū vl' vanitatē. Uñ ad Ro. viij. Uanitati ſubiecta est oīs creatura. Sed cū xp̄s ꝟitas ſit. vñ Joh.xiiij. Ego ſū via ꝟitas et vita / nll'aten? ponit eē vanitas. z sic n' pura creata. Quid ē absurdi? q̄z illā firmiſſimā ꝟitatē ponet vanitatē / z illō ꝟbū ꝟtuoſū ſuſtētās oīa (vt hr̄ Heb. i.) ponere vanū et ſuſtentatū? ¶ Deniq̄z tercio mō nomē dei aſſumit ille in vanū q̄ nomen xp̄i. vnde dicit xp̄ian? / p pctm̄ vanuz reddit et mortuū. Nomen q̄ppe ſup hoies ſcriptū vt viuāt ipi. iuxta q̄d loq̄t christus Apoca. iij. Et ſcribā ſup eū nomē dei mei z nomē ciuitatis dei mei noue hierl'm / que deſcēdit de celo a deo meo z nomē meum nouū.

Expoſitio tercii ꝓcepti.

B Terciū ꝑceptū ptinēs ad deū cohibēs trāſgreſſiōz ī ope ē. Memēto vt diē ſabbati ſcrifices. id ē ſanctū et feriatū habeas. ceſſando ab oīmi opere ſeruili. ¶ Ubi nota q̄ inq̄ tū ſabbatū deſignat q̄tē interiorē a prauis affectōibꝫ / z exteriorē ab oībꝫ ſuiliby / ꝑter illi? diei determinatōem / morale est ꝟ ꝑceptū z ſcptū in corde hūano. ſicut alia decalogi mandata ſeu

p̄cepta. Natura enī dictat esse vacādū alicui q̄ deo et oratōi/et diuine laudi. Sz qz talibus die.s.sabbato/z a talibus rebus grossioribus abstinere ñ dictat ꝺscia/sed sola exterior iussio diuina/ꝯtū ad ꝟ fuit cerimoniale ꝟ mādatū z soluendū.i.solui poterat. ¶ Circa qō ē aduertēdū/q̄ in dñica resurrectiōis dñice ex statuto eccl'ie mutatū est sabbatū in dominicā ne videremur iudaizare. Quia ex quo ẏtas luxit/trāsijt legis vmbra.z hoc q̄ ad cerimonialia. ¶ Et si q̄rat q̄re alie iudeoꝝ festiuitates nō p̄cipiebant ī decalogo? Dic q̄ cetere eoꝝ festiuitates fuerunt tm̄ cerimoniales/nec ab oīb⁹ sunt obſuande. hoc aūt p̄ceptū magis morale est ꝯ cerimoniale/ideo ī decalogo ad quē oēs tenētur sp p̄cipiendū erat. Sequtur Deute. v. vnde sumit ꝟ p̄ceptū. Sex enī diebus facies opa tua.septimo aūt die q̄ est dies sabbati nō facies in ea q̄cq̄ opis. Et subdit rōem p̄cepti. Sex enī diebus fecit dñs celū z terrā (vt patz Gen̄.i.)z requieuit die septimo.non q̄si lassus.sz ponit ibi requieuit p cessauit/sicut dicit Apoc.iiij. Requem nō habēt die ac nocte dicētia.sanct⁹ sctūs dē. id ē dicere nō cessant. Ita sumit in dicto passu requieuit p cessauit. Nihil enī vltr⁹ fecit nouū cui⁹ nō fecerit ꝑius materiā/vtpote coꝝpaliū. vel sil'itudinē/vtpote spūaliū. Operat⁹ tū adhuc q̄tidie creata gubnādo/vt ꝺr Joh.v. Pr̄ me⁹ vsq̄ mō opat⁹ z ego opor. Circa qō dicit Aug.li.iiij.sup Gen̄. Sic requieuit vt nouā creaturā vltr⁹ ꝺderet nullā.nō vt que ꝺdiderat ꝓtinere et gubernare cessaret. Et bñdixit diei septimo q̄ ē dies sabbati.z p id est sctificauit eū.i.sanctū z celebrem eū habere voluit.vt.s.nō fieret opus fuile in eo. Et sic nō interdicit opus charitatis nec necessitatis. Ūñ patz q⁹ poterunt exhiberi eccl'iastica sacra.sic enī poterāt circūcidere sabbato.z nos etiam die dñica sacra possum⁹ exhibere/z opa charitatis/vt elemosynas.z opa necessitatis exercere.vt bibere comedere

Expositio quarti precepti

Hic q̄ ad deum ponūt tria p̄cepta. Quantū autē ad ꝑimū ponunt septē seq̄ntia.quoꝝ vnū est affirmatiuū.z sex sunt negatiua. Affirmatiuū autē z quartū in ordie p̄ncipali. sed ꝑmū ī his q̄ respiciūt ꝑimus est illō. Honora patrē tuū z matrē tuā. Per qō mādatum natura que corrupta ē ad ordinē naturalē reuocat. Nec fuit necesse hmōi p̄ceptū dari pentibus respectu suoꝝ filioꝝ. Crescēte enī ẏtute in filijs/decrescit virt⁹ in parentibus ſm naturā.z deficiēti ẏtuti debet iuste subsidium. Unde qz minorat virt⁹ seu vigor in pentibus z auget ī filijs/dat p̄ceptuz vt filij subueniāt pentibus. Nec fuit necesse dare hmōi p̄ceptū pentibus de filijs/ꝯtra quos ꝑmo ipi filij fuerunt ipotētes.qz natura etiaz corrupta ad id cogit.eo q⁹ naturalit⁹ suc⁹ ascēdit a radice ad ramos/et nō ecōuerso. Et chrys. Hoc est amor in hoīb⁹ qō ē humor in arboribus. ¶ Alit ḡ. Honora p̄rem tuū.duplici sz honore/z reuerēdo z necessaria p̄bēdo. Pr̄em tam spūalem ꝯ carnalē. Intelligit etiā de pr̄e deo q̄ potissime est honorādus Unde Malach.i. Filius honorat p̄rem et seru⁹ dñm. Si ḡ pater ego sum vbi est honor me⁹? Et mr̄em tuā carnalē. necnon et spiritualē.sz eccl'iaz. De q̄ ad Gal'.iiij. Illa autē que sursū est hierl'm libera est q̄ est mater nr̄a. Noīe etiā pr̄is et mr̄is oēs ꝑimi intelligunt/vt dicit Aug⁹. Ūñ ſm ipsum oīa vendēda sunt z danda p pauperibus in extrema necessitate. qō si nō fit trāsgredit⁹ istō mādatū. Si ḡ noīe pr̄is z matris oīnis ꝑim⁹ intelligit⁹/z nobilissimū inter ꝑimos ponit p oīb⁹.s.patrē et matrem clarū est q⁹ illis p̄cipue honor debet z subsidiū. ¶ Et vt firmi⁹ obſuet adhuc ꝟ p̄ceptū subiūgit p̄miū dicēs. vt sis lōgeuus sup terraz. Hā Eccl'i.iij. Qui honorificat p̄rem et matrē vita viuet lōgiore. Justum enī est vt q̄ alteri⁹ vitā sustētat vita ill⁹ p longet⁹. Sup terrā intt.s.tā moriētium ꝯ viuētiū.eo q⁹ pietas ad oīa vtil' est.ꝑmissionem habēs vite que nūc est z future. i.ad Thimoth.iiij.

Expositio quinti precepti.

Quintū autē p̄ceptū p̄ncipale et secundū in ordie eoꝝ q̄ respiciūt ꝑimū/et p̄mum negatiuū est istō. Non occides. Ubi precipit⁹ur q⁹ non ledatur proximus in sua psona. ¶ Non occides igit⁹/supple hominez/scipsuz videlicz vl' aliū.z duplicit⁹.vicz aīa vl' corpe. ¶ Sz contrariū huic p̄cepto vidēt habere Exo. xxij. Et maleficos nō patieris viuere. In quo verbo p̄cipit dñs fieri occisiōem. hic

vero phibet. vnde ꝓtrari⁹ sibīpi videt in legislatōe. Sed ad hoc dicit q psone priuate que nullā habet iurisditōem vel autoritatē hic phibet occidere. legi autē vel ministro iusticie p̄cipit occidere. Exo. xxij. ⁊ sic nō est ꝓtrarietas. quia nō est circa idē seu respectu eiusdē. Sed nunq̄d aliq̄ modo priuate psone licet absq; trāsgressiōe occidere? Videt q sic admin⁹ in sui defensione. hoc enī iura p̄mittunt. scz iniuriā ꝓpulsare. et tēporate vim vi repellere. Itē ex ordine charitatis debeo poti⁹ subuenire vite ꝓp̄e q̄ aliene. Unde volentē me p̄imere poti⁹ occidere debeo q̄ p̄mittere me occidi. ¶Sed cōtra ħ videt esse illō Matth. v. Si quis te p̄cusserit in vna maxilla p̄ebē ei et aliā. Et ideo dicūt q̄dam q nullo modo licet occidere etiā defendēdo/maxime autē viro pfecto. Et hec videt esse opinio Anselmi. Hec ſm eos ōbeo opinari q me occisur⁹ sit si eū nō occidero/sz q deus p̄stabit mihi auxiliuz vl' euasiōis aut fuge beneficiū. Alij volūt q in sua defensiōe liceat occidere. eo q lex occidere iubēdo vel saltē p̄mittēdo talē defendentē se/in dicto casu iudicē ꝓstituit in aduersariū. Unū ipsum vice legis interficit. vnde lex p̄bēdo autoritatē excusat a peccato. Hoc tñ itellige si necessitas est ineuitabilis. qm̄ si te p̄cusserit aduersari⁹ et fugerit/vel p̄cutere destiterit/cū repcutere nō licet/vel seq̄ fugientē. quia hoc nō fieret ad ꝓpulsatōem iniurie/sed ad vltōem/que spectat ad solū iudicē. Et rñdent isti ad illud Matth. v. Si q̄s te p̄cusserit in vna maxilla ⁊c. q illō continet cōsiliū/nō p̄ceptū. ¶Et nota hic q homicidiū multis modis fieri dicit. Fit enīz q̄nq; sola mēte p odiū fraternū. Unū Joh. epl'a. i. ca. iij. Qui odit fratrē suū homicida est. Itē p̄auū exēplum relinq̄ndo. Ut enī dicit Grego. Tot mortib⁹ digni sunt quot p̄auitatis exempla reliq̄unt. Item lingua/et hoc triplicit. vl'. s. ꝫ legem quēq̄ morti adiudicādo. Unū. ij. Regū. xij. dicit: Dauid vriaz p̄cussisse gladio. q morti dolose et iniuste adiudicauit. Itē mentiēdo. Unū Sap̄. i. Os q̄ mentit occidit aiam. Item cuiq̄ detrahēdo. vñ dicit Bernū. q detractor vno ictu tres aias interficit. suaz scz et illi⁹ quē sua detractōe inficit. ⁊ illi⁹ ꝺ quo detrahit/q sibi forsan p̄iudiciū mortis vel damni irrepabil' sua detractōne parat ⁊ acq̄rit. Itē fit homicidiū manu qualicunq; scz p̄emptōe exteriori. siue p gladiū siue p venenū. siue p aliā penā. Itē fit homicidiū p subtractōnem vict⁹. scz corpis. Unde Ambro. Pasce fame morientē. q si nō pascis occidis. Siue vict⁹ subtractōe. id ē verbi dei. Unū Ezech. iij. Si loquente me ad impiuz ⁊c. Nō annūciaueris ei ⁊c. vt auertat a via sua impia ⁊c. ⁊ ipe impi⁹ i iniq̄tate sua moriat. sanguinē ei⁹ de manu tua req̄ram. Unū ꝟsus. Exemplū. mens. lingua. man⁹. subtractio vict⁹. Corpis et aie dici faciūt homicidā.

Expositio sexti p̄cepti.

Extū p̄ceptū in ordie p̄incipali ⁊ E
ercitū eoz que respiciūt. primū est istud. Nō mechaberis. vbi p̄cipit vt nō ledat. prim⁹ in re sibi ꝓiūcta p legez. scz i vroze. Et accipit hic sub noīe mechie oīs illicit⁹ cōcubit⁹. ⁊ q̄cunq; coit⁹ fornicari⁹. q̄uis mechia magis ꝓp̄e adulteriū dicat. Mechos enī grece adulteriū dicit latine. Et ad hāc reduci p̄t fornicatio spiritual'. sicut idolatria. de q̄ Hiere. iij. Mechata est cū lapide et ligno. Pōt etiam ad hanc reduci expositio p̄ua sacre scripture. Unū. ij. Choz. ij. Nō sum⁹ sic pl'imi adulterātes verbū dei. ¶Unde hic nota q fornicatio est mortale peccatū. Videt tñ contrariū eo q act⁹ natural'. Act⁹ ātē natural' ñ est peccatū. Insup cū coire sit necessarium ad ꝓseruatiōem speciei. sicut comedere ad ꝓseruatōem indiuidui. ⁊ i necessitate vt fame liceat etiā nō sua rape et ꝓmedere. q; tē poze necessitat⁹ oīa sunt ꝓmūia. videt similit q in feruēti desiderio coeundi posset q̄s nō suam rape ⁊ cū ea coire. Ad q̄d dicit q actus fornicatiōis duplicit dicitur. Uno mō dicit natural'. eo scz quia natura liter fit. Alio mō dicit ꝓtra naturā. Et iuxta istū scd̄m modū duplicit dicit adhuc ꝓtra naturā. Uno modo quādo fit ꝫ naturalē cōcubitū q̄ est maris cū femina. ⁊ isto modo p̄t dici act⁹ innatural'/quia ꝫ naturalē ꝓmixtionē. Alio mō dicit ꝓtra naturā. quia scilicz naturā in suis naturalibus vulnerat ⁊ spoliat gr̄uitis. scz bonō gr̄e et virtutis. Et isto vltimo mō oīs fornicatō est ꝓtra naturā. sicut oīe peccatū mortale. Corrūpit enī naturalia ⁊ destruit oīa gr̄uita. Et q; isti sūt effect⁹ mortal' peccati. ꝓp̄e hoc patet fornicatōem esse p̄ctū mortale.

Et sic patz solutio argumēti. q̄ licz fornicatio sit actus natural'/q̄. s. naturaliter fit. est tñ ĩnatural'/quia naturā corr̄ũpit. Nec seq̄t̄ q̄ sit act⁹ natural' q̄ natural' fit/q̄ p̄terea nõ sit peccatũ. vbi nõ debito mõ fit Et intellige q̄ coit⁹ q̄ de se natural' est/p⁹ ꝓtractā p̄ peccatũ primi pentis ꝓcupiscentiā est sicut cibus veneno iũct⁹. q̄ q̄uis de se natural' sit/tñ ꝓpter veneni admixtiõem interficit. nisi bñficio tyriace ꝓmedēti subueniat. Pari mõ et aīaz ꝓcupiscētia carnalis inordinata interficit/nisi bñficio mr̄imonij t honestate nuptiaz intercipiatur. ¶ Nec est sil'e de extrēa necessitate famis et desiderio feruēti coit⁹. q̄ si in necessitate famis nõ subueniat p̄ alienũ esuriēti periret indiuiduũ. Non sic autē p̄iret species generis hũani/si nõ satisfiat p̄ coitũ alicuius cũ aliena. Nã saluat in alijs. Etiã ipe posset aliter saluare scz cognoscēdo suã ꝓpaz vxorē. ¶ Sed quare ponunt duo p̄cepta circa phibitõem illiciti coit⁹. s. Nõ mechaberis. t nõ ꝓcupisces vxorē ꝓximi tui. cum vnũ sub alio possit subintelligi. Et sil'r de istis duob⁹. Non furtũ facies. t nõ concupisces rē ꝓximi tui. cũ oīnis q̄ furat rem ꝓximi ꝓcupiscat. sic possit ꝑmũ contineri sub secũdo. Aug. soluit q̄ in duob⁹ p̄ceptz scz nõ mechandi et nõ furādi. oīa opa iterdicta sunt. in alijs autē duob⁹ interdicitur ipa oīs ꝓcupiscētia. Et q̄ vtrobiq̄ est peccatũ/vtrobiq̄ est mandatũ phibitoriũm. Nec sil'r fit phibitio de volũtate occidēdi/sed tñ de actu. q̄ naturaliter sunt ꝓni homines ad velle luxuriari t ad actũ luxuriādi. Sil'r ad volũtatē habēdi alienũ t ad actũ sicut ad rapinã t furtũ. Et ideo due sũt p̄ phibitões et data duo p̄cepta phibitoria. vnũ cohibens ipam volũtatē. aliud cohibēs ipm actũ. Nõ sic autē est in occidere. q̄ hõ naturaliter abhorret tã voluntatē occidendi q̄s actũ. Quelibet enī creatura suam speciē amat/t nititr eã seruare/nõ destruere. nisi cum extra se exit p̄ furorē ire vl' temere ꝓcupiscētie.

Expositio septimi precepti.

Sed ꝑmus modꝰ generalioꝛ est. eo ꝙ generaliꝰ dicaꝫ ꝑoꝛa ꝙba in ꝓsecratõe. ¶ Et nota cũ ℔ sacr̃m oꝛdinatũ sit ꝓtra debilitatem ex fomite surgentẽ/q̃ nõ tota purgaꝫ ĩ baptiſmo/ſz remanet debilitas ad exercitium. ꝛ sit duplex debilitas ĩ nobis. ſ. interioꝛ ꝛ exterioꝛ. indigemꝰ ꝑmo vt tollaꝫ a nobis interioꝛ que est verecũdia noxia ꝓfitẽdi nomen xp̃i. que tollit de iure in cõsignatione ꝛ impoſſiõe crucis ĩ fronte. in q̃ cõſcribunt vexillo ſummi impatoꝛis/ in q̃ ipe ꝺ hoſte triũphauit ꝙ oẽm pudoꝛẽ debz euacuare. ꝛ gl'iam ſupinducere multiformem Exẽplũ de poꝛtatib⁹ ĩſignia regis ĩ armis ſuis. Uñ dicit ꝑaulꝰ ad Gal'. vlt'. Mihi abſit gl'iari niſi ĩ cruce dñi nr̃i ieſu xp̃i. Ad abſolutõem g̃ huiꝰ ꝙecũdie fit in ꝓfirmatione cõſignatio crucis in frõte/ vbi locꝰ est ꝙecũdie. ꝛ dicit. conſigno te ſigno crucis. ¶ Indigemꝰ etiã vt tollaꝫ a nobis debilitas exterioꝛ que est fleribilitas ſeu inſtabilitas ad ſtandũ exteriꝰ in ꝓfeſſiõe noĩs chriſti/coꝝ regib⁹ et ꝓncipib⁹ mundi. Ad hoc fit ꝓfirmatio criſmate ſalutis/qꝺ deſignat ĩpa ĩunctio. vt ſic̃ ĩunctꝰ ꝑ ſubintratõz. ſ. in ſubſtantiã coꝛpis mĩſtrat ei fomẽtũ humoꝛis/ne deſiccet ꝛ rigeſcat ĩ pugna. ita ipſa ĩunctio criſmatis robuſtos ꝛ intrepidoſ nos efficit ad reſiſtendũ ɔ ꝓncipes huius mũdi. hoc ẽ cõtra peccata ꝛ ɔ ꝓncipes tenebraꝝ. hoc est cõtra demões. Et ad iſtud robur ꝓferẽdũ dicit. Cõfirmo te criſmate ſalutꝫ. ¶ Et notandũ ꝙ q̃ꝫ nulla forma ꝙboꝝ legaꝫ q̃bus ꝓfirmabãt apl̃i. ĩmo vt videt̃ Act. viij. tm̃ vſi ſunt ꝑ ꝓfirmatiõe ĩpoſitõe manuũ/tm̃ credũt maioꝛes eos nũ q̃ꝫ ſine ꝙbis nec ſine materia criſmatꝫ decimata cõfirmaſſe. Cuiꝰ argumẽtũ ẽ ꝙ ĩ li. de eccl'iaſtica hierarchia bt̃i dionyſij. q̃ cũ apoſtolis fuit/habet̃ exp̃ſſum capitulũ de ꝓficiẽdis et in tẽplo offerẽdis. vbi loq̃t̃ de ſanctificatõe criſmatis. ¶ Poſſunt hic ml'ta queri et ſil'z ſolui. vt ſup̃ q̃ſitũ est ĩ tractatu de baptiſmo.

Quis ſit miniſter ſacramẽti confirmatiõis.

Uꝛ Est aũt miniſter in ℔ ſacramento ſolꝰ epiſcopꝰ. cuiꝰ ratio aſſignatur Nam rẽ aliquaz ſtatuere vl̃ facere minoꝛ est. ſed factã ꝓfirmare est maioꝛum Et ita baptizare oĩm ſacerdotũ minoꝛ ẽ. ꝓfirmare ꝙo poſt baptiſmũ maioꝛũ est. ſ. epiſcoporũ. Inſup res huiꝰ ſacr̃i ſp̃ũſſanctus est. vel gr̃a eiꝰ collata ad robur ɔ debilitatem ꝛ timiditatẽ ex fomite ꝓcedentẽ. et iꝺo cõueniẽs ꝙ quo ad ſignũ ſacr̃ale ab eo q̃ plenitudinẽ pt̃aꝫ et vigoꝛis habz deſcẽdat. ¶ Si aũt obj̃cias. ſi ſolꝰ ep̃s ℔ facere poteſt. aut g̃ hoc habz ex oꝛdie aut ex iuriſditõe: Si ex oꝛdine/g̃ hoc etiã poſſit ſimplex ſacerdos. qꝛ epiſcopꝰ nullũ habz oꝛdinẽ quẽ nõ habeat ſacerdos. ad minus ꝑm eos q̃ epatũ nõ ponũt eſſe oꝛdinẽ. Si aũtẽ ep̃us ℔ habet ex iuriſditõe /ſeq̃t̃ ꝙ electꝰ ꝓfirmatus añ ꝓſecratõem oĩmodã habet iuriſditõem. ¶ Tu dic ꝙ hoc. ſ. ꝙ ſolꝰ ep̃us ꝑt ꝓfirmare nec ex oꝛdine tm̃/nec ex iuriſditõne tm̃ habz/ſed ex vtroq̃z ſil'. Unde ℔ annexũ est officio ep̃ali ſicut cõſecratio eccl'iarum ꝛ oꝛdinatio clericoꝝũ. et velatio virginũ/et hmõi. ¶ Sed q̃d ſi aliq̃s ep̃s confirmet criſmate/nõdũ baptizatũ ſiue nõdum chriſtianũ. ꝛ fiãt oĩa que exigũt̃ ad collationẽ huiꝰ ſacramẽti. nũq̃d ſacramẽtũ tale est iſti nõ baptizato collatũ: Dicũt fere oẽſ ꝙ nõ. eo ꝙ baptiſmꝰ ſit ianua ꝛ fundamentũ oĩm ſacr̃oꝝ. Et ſic vbi nõ niſi ꝑ baptiſmũ poteſt ad alia ſacr̃a iter haberi. ſic nec ad alia ſacramẽta põt ſine baptiſmo ſupedificari. Sũt alij q̃ vident̃ mõ ɔꝛio ſentire

Quis ſit effectus ſacramenti ꝓfirmatõis.

Oꝛ Eniq̃z effectus huiꝰ ſacramẽti ꝑ ſu ꝑdicta in ꝑte patet. Scõm eĩ Rabanũ/effectꝰ huiꝰ ſacr̃i est roboratio ꝑ ſp̃m ſanctũ. vt. ſ. intrepide ꝑdicet aliq̃s qꝺ ipe accepit. Et dicit mg̃r in. iiij. ſnia rũ ꝙ effectus eiꝰ est donatio ſp̃ũſſcti ad robur. ſcz cõtra debilitatẽ vel inſtabilitatẽ a fomite ꝓcedentẽ. ¶ Si q̃s aũt obuiauerit dicẽs. ꝙ idẽ ẽ effectꝰ euchariſtie. ſ. roboratõ ſp̃ũſſcti. qꝛ panis coꝛ homis ꝓfirmet. et ꝙ ita ſupfluit iſtꝺ vel illud ſacr̃m. Dic ꝙ vario mõ est robur et effectus iſtiꝰ et illiꝰ ſacramenti. qꝛ effectus ꝓfirmatõis est ꝑ ſe. effectꝰ ꝙo euchariſtie est ꝑ accidẽs. Uel dic ꝙ ad duo tenemur. ſ. ad credẽdũ artic'os fidei firmiter. ꝛ ꝓfitẽdũ exteriꝰ audacit'. iuxta illud Ro. x. Coꝛde creditꝫ ad iuſticiam oꝛe aũt ꝓfeſſio fit ad ſalutẽ. Et ideo duplici indigemꝰ roboratõe. Una q̃ intuſ nutriat nos et ꝓfirmet ad credendũ. ꝛ est panis vite q̃ coꝛ homis ꝓfirmat. Et alia q̃ cõfoꝛtet et cõfirmet nos ad audaciꝰ ꝓfitendum

nomẽ christi exteri⁹. Et hec est ꝯfirmatio. Unde ꝯtũ ad hũc ſpectũ recte recipiť eu charistia interi⁹ et cõfirmatio exteri⁹

De ql̃itate accedẽ

tiũ ad sacramentũ cõfirmatõis.

DE qualitate accedentiũ q̃ritur' pri mo. qua etate accedere debẽt: Itẽ an ieiuni vel p̃ãsi. q: de cõse. diſ. v. dicit. vt ieiuni veniãt pfecte etatis. ⁊ moneanť ꝯfessiõem ꝑ̃us facere. vt mũdi donũ ſp̃ũſſancti valeãt accipe. ¶ Sed dic q̃ vtriuſq; etatis hoĩes. ſ. pueril' et iuuenil' ſimul accedere poſſunt. Et melι⁹ ac securi⁹ est q̃ pueri cõfirmenť. q: q̃uis etas ĩmatura tẽptatões ⁊ fortes mot⁹ cõcupiſcẽtie nõ ſentiat/ꝑparanť tũ ad pugnã ſp̃ualem cuz tpus tẽptatõis aduenerit .et bonũ ac securũ est semꝑ paratũ esse .Decretũ autẽ illud allegatũ de adultis loq̃tur q̃ tenenť ad illa q̃ tangit ¶ Ad aliud dicit q̃ ꝑter sacramẽti reuerẽtiã decet vt ieiun⁹ recipiat ⁊ a ieiuno ꝓferať. si tñ aliter ꝑter raritatẽ ⁊ carentiã eꝑoz fiat nõ nocet :melι⁹ est enĩ etiã p⁹ prandiũ ꝓfirmari dũ potest haberi eꝑs q̃s ipo recedente sacri pati dilatõez. ¶ Sz nũ quid aliq̃s ad hoc sacr̃m suſcipiendũ poſſet seip̃m repſentare eꝑo: Dicit q̃ nõ .quia ꝓfirmãd⁹ debz ſignificari seu p̃tari tanq̃s nõ habẽs ꝑ̃am ꝑfectẽ ad ſtãdũ /sed indigens vt ab alio ſtatuať seu ſtabiliatur. ⁊ iõ ab alio ẽpſentãd⁹. ¶ In fine nota q̃ ꝓfirmatus ſm morẽ cõmunẽ se debz p̃ septem dies obſeruare a lotõe capitis et frõtis ꝑpt̃ inunctõez crismatis ⁊ dignitatẽ hui⁹ sacri. Insup vt dicit Hugo de sctõ victo. tanto tpe dz cõfirmatus vnctõez cõſeruare in capite. vt. ſ. caput nõ lauet .quãto aduentus ſp̃ũſſcti celebrať. h̃ est dieb⁹ septẽ. vt aduentũ ſp̃ũſſcti ad se totidem dieb⁹ agat q̃t agit vniuersal' eccl'ia aduentũ ſp̃ũſſcti sup apostolos. ſ. in pẽthecoſte ¶ Quid aũt sit h̃ res ⁊ q̃d sacr̃m: Dic q̃ sacr̃m est ipa cõsignatio que ꝑ manus eꝑi fit in frõte cõfirmati ex crismate vt supᷣ tactũ est sanctificd. Res ꝑo sacramẽti ẽ ipa gratie ſp̃ualis datio ad robur ꝓtra debilitatẽ seu iſtabilitatẽ ex fomite ꝓcedentẽ

De sacramento eu

charistie et ptinentib⁹ ad ipm

HErcio loco se offert tractat⁹ d̃ corꝑe christi seu de eucharistia. Ubi primo tangendũ venit tpus inſtitutionis ei⁹. Que vtilitas ei⁹. In q̃ materia celebretur. Que in eo sit ꝑcisa forma ꝙb⁹. Quis ei⁹ effectus. Deide tangũť aliq̃ de vero corꝑe christi. De ꝓditõe recipientiũ. De cõditione miniſtri.

De tẽpore inſtitutõ

nis sacramenti eucharistie.

HOc sacramentũ vt plures volũt/ĩ h die cene plene iſtitutũ fuit. ⁊ habuerũt verba cõſecratõis plenam efficaciã tpe illo vſq; nũc/quantã mõ habẽt ¶ Alĩ volũt q̃ tũc forma ꝙb⁹ ꝑfecte tradita fuerit. sed q̃ ꝙb⁹ vſq; ad pascæ ſuſpẽſa est. Uñ ſm eos ñ potuit corꝑ xp̃i ꝓfici in illo triduo. eo q̃ ꝙba illa virtutez ſuã ex paſſiõe .ſepultura. lateris aptiõe/ et reſurrectõe christi ꝓtraxerũt. que oĩa repre sentanť p̃ ſignacl'a que in miſſa fiũt. ¶ Sz credo q̃ prior ſnĩa verior sit. Alioq̃n ſi xp̃s vlteri⁹ ꝑ decẽ annos post cenã illã vixiſſet non ꝓfeciſſent apl'i virtute illoz ꝙb⁹/qõ non reputať verũ.

Que sit vtilitas

HAſſignanť hic plures vtilitates q̃ cause sunt quare inſtitutũ ẽ hoc ſacramẽtũ .¶ Est aũt ꝑma ⁊ principalis. vt sicut hõ ꝑ esum ligni vetiti perdidit vitã. ita recuꝑet ꝑ esuz ligni vite. ¶ Secunda causa ꝑima huic est. vt hic. ſ. sit aliq̃d nutrimentũ hoĩs ſp̃ũale. ſm illud psal. Panẽ angelor⁹ mãducauit hõ ¶ Tercia vt vniaňť mẽbra corꝑis xp̃i suo capiti. Hic enĩ cib⁹ cõuertit cibãtẽ in se/vnitq; sibi mẽbra cibãtia. Unde Aug. in lib. cõfessionũ loq̃ns sub noĩe xp̃i. Nõ me mutabis in te sicut cibũ carnis tue/sz tu mutaberis ĩ me. ¶ Quarta causa est. vt augeať meritũ fidei q̃ in hoc sacramẽto maxime mereť. quam causã tãgit mgr̃ in. iiij. ſnĩar̃. di. xij. ¶ Quĩta est ſubleuatio spei. vt recipiam⁹ in celo ſua q̃ hic recipim⁹ ſemetip̃m. quã cãm tãgit Chriſ. ſup Joh. ¶ Sexta ẽ dilatatio charitatis q̃ hui⁹ sacri ſumptiõe augeť. eo q̃ sit sacramẽtũ amoris. vt dicit Hilarius ¶ Septima dimiuutio venialiũ. sicut infra tangeť. (menti

De materia sacra-

MAteria huius sacramẽti nõ est res vna sed triplex. scz panis triticeus

ꝛ vinū aqua mixtū quib⁹ xp̄s ea in carnez et sanguinē su ū cōuertēdo/cōtulit vim talem vt essent materia hui⁹ sacramēti. Unū Alexander papa de cōse.di.ij. In sacramē toz oblationib⁹ que inter missarū solēnia dño offerunt/panis tm̄ ꝛ vinū aq̄ pmixtū in sacrificiū offerant. Unū q̄uis nō legat in euāgelio/estimat tm̄ aqua simul cū vino in calice dñi fuisse. Unū Damascen⁹. Lapi ens calicē et vino ꝛ aq̄/tradidit eis dicēs. Bibite ex h̄ oēs. Item de cōse.dist.ij. A dño admoniti ꝛ instructi sum⁹/vt caliceꝫ dñi cū aq̄ mixtū fm̄ q̄ dñs obtulit offeram⁹. ¶Sed hic plura scire oportet. Ān scz p̄mo deficiēte aliquo istoz ꝓficiat? Item an possit ꝓfici de pane siliginoso? Itez an de azimo tm̄. vel de aliq̄ mō fermentato? Itē an ꝓfici poterit si vinū tā modicū fuerit vt oīno sit ab aqua absorptū? Itē an sine aq̄ possit ds cōficere. Et quantū de aq̄ in calice sit apponendū? Itē an panis trā seat in carnē ꝛ sanguinē et aīam ꝛ deitatez. ꝛ silr vinū in hec etiā oīa? Item an aq̄ trā seat tm̄ in sanguinē. vel p̄mo transeat i vinum/ꝛ deinde illud vinū in sanguinē? Itē an in alio liq̄re liceret h̄ sacramētū celebrare? ¶Rñsiones. ¶Ad p̄mū dicit fm opinionem coz q̄ dicūt q̄ in vltimo instāti platōis p̄me clausule. scz. hoc est corp⁹ meuz. fit trāssubstātiatio panis in carnē christi. ꝛ est ibi christ⁹ pfect⁹ sub specie panis. Deinde platis ꝓbis sup vinum/fit ibi sanguis xp̄i p̄ concomitōnē. ꝛ ē ibi tot⁹ christ⁹. Sedz hanc inquā opinionē q̄ pbabilioz apd mlt̄os habet dicēdū est. q̄ anteq̄ aliq̄d dicat sup vinū est facta panis trāssubstantiatio in corp⁹ xp̄i. Alioq̄n decipet eccl̄ia adorādo illā hostiā in elevatōe. Unde q̄uis vinū deesset/facta tm̄ esset illa trāssubstātiatio panis in corp⁹ christi. Eadem rōne dicūt q̄ dictis ꝓbis sup vinū etiā absente pane fieret sanguis xp̄i/ꝛ totus xp̄s esset sub specie vini. Peccaret tm̄ mortaliꝫ q̄ sciēter p̄termisso altero cōsecraret. nisi forte ab infidelib⁹ tpe cōsecratōis impediret. Si aūt alt̄s ꝛ alit̄ defectū alicuius p̄dictoz missa iam incepta dep̄hēderet/nō deberet ꝓsecrare nisi ante platōem verborū cōsecratōis possz defectū caute supplere. Si aūt panē ꝓsecrato vi ab infidelib⁹ aut aliis/vl̄ infirmitate vinū ꝓsecrare impediret. tunc vn⁹ alius sacerdos ad ꝓba seq̄ntia deberet incipe. s. ad ea que ptinēt ad cōsecratōem sanguis et p ficere. Si ꝓ⁹ tm̄ deesset aq̄ dicit q̄ omittens q̄uiter peccaret ꝛ grauissime si sciens ꝓsecraret/ꝓficeret tm̄. Quāuis enī aq̄ sit de necessitate sacr̄i/nō tm̄ adeo est de necessitate ād tūc sine ea fieret sacr̄m in specie vini. Cui⁹ ratio ex h̄ habet. quia si aq̄ vino admisceat ad hoc q̄ inde ꝓficiat/optz ita modicam esse vt absorbeat aqua a vino vt totū sit vinū. et tūc inde ꝓficit. vnde p̄z trā sit aqua in vinū q̄z inde ꝓficiat. Quare ergo ex hoc vino nō cōmixto sicut ex illo mixto cū eiusdē speciei sint/cōfici nō possit ñ video? Uerūtamē decretū quod dā de ꝓse. di.ij. videt velle ꝓtrariū. vbi apparat⁹ dic. q̄ fm aliquoz opinionē in p̄dicto casu nō fit cōsecratio. ¶In secūdo casu. vtz. s. d pane siliginoso possit ꝓfici? Dicit q̄ nō. Sicut eī nō pōt baptizari nisi in aq̄ ·ūmo mersione facta in vino ceteris etiā oīb⁹ alijs rite seruatz nō est baptizatū. Sic ꝑpt̄ institutōem p̄mariā hui⁹ sacramēti/q̄ statuit fieri in pane triticeo/nō pt ꝓfici d pane alio Sed quid si tritico fuerit siligo admixta? Dic q̄ dūmō maioꝛ pars sit frumētū sufficit. Et dico maiorē ptē in q̄ntitate ꝛ ꝑtute. vt. s. a frumēto absorbeat q̄d est ibi d nō frumēto. alioq̄n nō esset panis triticeꝰ. et p̄ inde in eo ꝓfici nō posset. ¶In tercio casu q̄ñ. s. conficit de pane fermētato/sicut cōficiūt greci/dicūt fere oēs q̄ nō sine q̄ui peccato ꝓficit de fermētato. Quia tm̄ fermenti admixtio spēm ꝛ ꝑtutē fermēti siue panis tritici nō destruit/dicūt q̄ si ꝓficit de fermentato q̄ ꝓsecratū ē. Et ponūt exemplū de baptismo. qui debz fieri in pura aq̄. ꝛ tamen fm̄ eos si aliq̄d de alio liq̄re admisceatur/q̄d possit ab aq̄ oīno absorberi. et ita aliq̄s baptizat⁹ fuerit q̄ vere baptizat⁹ est eo q̄ adhuc remaneat aqua in specie ꝛ ꝑtute sua. Sedz tm̄ Huguelinum i apparatu suo. q̄ de fermētato ꝓficit nihil agit. Prioz tm̄ opinio est pbabilioz. ¶In q̄rto casu dicit a magīst. q̄ exquo tā modicū apponit de vino vt oīno ab aqua absorbeat. cuz aqua tūc magis colorata dici debeat et sit q̄z vinū/et de aqua ꝓfici nō possit/p̄ consequns nec de tali mixtura ꝓfici poterit. Unū fm̄ istoz opinionē illi nō cōficiūt q̄ pānū lineū in vino intinctū p̄ totū annū ꝓseuāt. ꝛ in tpe sacrificij particulā eius in aq̄ calicꝫ abluunt. vt legit de cōse.dist.ij.c. Cū oīme

Opinio quoꝛūdā ꝺcretistaꝝ tenet ꝓtrariū scz q̄ conficiat cū vino ab aqua absorpto.

sicut recitat mgr Bal. in sūma. ¶ Quo ad ꝙntū vero. scz an sine aqua possit ꝓfici. et ꝙntum sit apponendū de aqua/ptz p añdicta rñdendo ad primū/et ad hoc ꝓcedens sez ꝙ tam modicū vt a vino absorberi possit. ¶Ad sextū autē in quo q̄rit̄. an panis trāseat in carnē sanguinē aīam et deitatem ⁊ silr vinū: Dicendū ꝙ totus christ⁹ ē sub vtraq; specie. sed tm̄ panis trāsit in carnem xp̄i et vinū in sanguinē. Sed q; tot⁹ christ⁹ insepabilis est. ideo sub specie panis est caro p cōuersionē ⁊ trāssubstantiatōem. et sanguis et aīa ⁊ deitas p ꝓcomitantiaz. eo ꝙ caro eius sine sanguīe aīa ⁊ deitate nun q̄ sit. virtute enī verboz est p̄ncipaliter ibi caro. et cōsequēter cetera oīa xp̄i. Unde christ⁹ totus est ibi ꝥboz ꝥtute. sed tm̄ caro principaliter ⁊ cetera ꝓsequēter. Et sub specie vini tm̄ est sanguis christi p cōuersionē et trāssubstantiatōez/reliqua aūt christi oīa p ꝓcomitantiā. ¶Ad septimū ꝙo q̄ q̄rit̄ an aqua trāseat in sanguinē vel tm̄ in vinū. dupliciter rñdetur �fm duplicē opinionē. Ponit enī q̄dam opinio ꝙ aqua nō trāseat in sanguinē christi verū. sed tm̄ est ibi ad significandū populū. �fm ꝙ dicit̄ d. conse. di. ij. ca. Cū omne. Cū in calice christi aqua vino misceat̄. christo popul⁹ adunatur. id ē adunari signat̄. Alia opinio (cui magis credere possum) ponit ꝙ aq̄. transit in sanguinē. sed ꝫ cū p̄us est vino absorpta. et ita verū est quodāmodo ꝙ aqua nō trāsit in sanguinē. s. ūmediate. quia nō transit nisi p̄ius sit absorpta a vino/⁊ quasi facta vinum. ⁊ sic nō ꝓtradicit p̄ori opiniōi. ¶Ad vltimū. s. an d̄ aliq̄ alio liq̄re liceret cōficere: Dic ꝙ nō. Sed nunq̄d ꝓfici possit in aggresta: Itē nunq̄d de aceto: Ad primū istoz dic ꝙ nō. nisi tūc cum visibiliter in ipo aspectu inceperit vinū apparere. et gustus iudicet vinū esse vel vini saporem habere. Ad secūdū istoz dicendū ꝙ si acetū fuit de vino tūc potest d̄ eo cōfici/aliter nō. quib⁹ ego nō credo. eo ꝙ (vt vult p̄hus in metaphisica sua) acetū nō est vinū. neq; potest fieri vinū. ⁊ ideo de aceto nō p̄t fieri cōfectio. sed de vino acido p̄ōt/licet nō sit tutum de vino acido ꝓficere. ꝓpter reuerētiam sacr̄i. Et ita sentiūt doctoꝛes theologi. p̄ori ꝥo ꝓsentiūt q̄dam decretiste.

Que sit forma verborū p̄cisa in sacramēto eucharistie.

7

Forma autē verboz que ptinēt ad ꝓsecratiōem hec est. Hoc est corp⁹ meū. et nihil ampli⁹. vt volūt fere oēs. Q3 ei addit̄. Accipite ⁊ ꝓmedite advsum ptinet sacramēti/⁊ nō ad ꝓfectiōez. ⁊ ideo nō dicit̄ esse de forma. Hec etiā ē forma verboz in consecratōe sanguīs. Hic ē calix sanguis mei noui ⁊ eterni testamenti mysteriū fidei q̄ p vobis ⁊ p multis effūdetur in remissionē pcatoꝛ. Unde ꝯuis nō legant̄ oīa ꝥba hec seriatim i euāgelio. credendū tamē est ꝙ illa habeat eccl'ia ex speciali traditōe dñi. Nō ptz ex ꝥbis ap'li. i. ad Choꝛ. xi. ca. Ego enī accepi a dño qđ ⁊ tradidi vobis. q; dñs ⁊c. Et q; forma ꝥboz illoz vehemēter impssa fuit cordibus discipuloꝛ ⁊ in q̄tidiano vsu. iō nō ē adeo diligēter ab ap'lis scriptū/sicut fuit a christo factū ⁊ dictū. vt videt̄ velle Damasce. ¶Sed tūc queres. an solis his verbis possit nūc ꝓfici/nō additis oratōib⁹ p̄cedentibus: Itē an īmutata ī aliq̄ ista forma possit verbis illis cōficī corpus xp̄i. vtpote si adderet̄ aliq̄d/vel minueret̄/vel mutaret̄/vel corruptiue pnūciaret̄: ¶Ad primū dicit̄ �fm multos ⁊ magnos ꝙ possit conficī solis illis verbis dñi. platis sacerdote. tm̄ ⁊ cū apparatu cōueniente �fm cōstitutōez ap'loꝛū et eccl'ie. Cū his solis verbis in p̄maria institutōne facta benedictōe hoc sacramentū ꝓplete cōsecratū sit. Qđ confirmare videt̄ sentētia Alberti in suo libro de sacramētis. q̄ ait. Quō p̄ōt q̄ panis ē corpus christi esse: Confectōne q̄dē verbis et ꝫmonibus dñi iesu. Nam p oīa alia q̄ dicunt̄/laus deo defert̄. Uerūtamē ꝥuissime peccaret q̄ aliter faceret/etiā in quacūq; necessitate. hoc est q̄ verba p̄cedentia scienter omitteret. eo ꝙ ꝫ sacramentū nō est simplicis necessitatis. Unde sic nō possz euz necessitas excusare. Alij estimāt ꝙ sine p̄cedētibus q̄ dicunt̄ in secreto misse/nō fieret cōfectio. ⁊ hoc ꝓpter statutū eccl'ie. Primuz tamē videt̄ aliq̄bus ver⁹. ¶In secūdo casu supra posito p̄ncipali distinguit̄. quia ī tali trāsmutatōne vel corruptōe verboruz aut intēdit̄ heresis aut nō. Si sic/creditur ꝙ illis verbis nō cōficiat̄. vt supr⁹ ē dictū in cōsimili de baptismo. Si aūt nō intēditur heresis/adhuc distinguit̄/quia aut tali facta mutatōe seu corruptōne vel additōe stat adhuc sufficiēter sensus verboz. aut ñ. Si nō stat credit̄ ꝙ nō conficit̄. vt si dicat̄

Non est hoc corpus meū. vl' hoc est corp⁹ meū. scz Thome vl' hmōi. Si aūt sensus verborū stat. credit q̄ plat⁹ verbis quacū q̄z etiā trāspositōe vel corruptōe /etiam in q̄cunq̄z vulgari fiat/ pficit sacramentū. q̄/niam (vt dicit Huguelin⁹) nō multū curā dū est de mō sermonis dūmodo res integ̃ sit. Aliq̄ vident oppositū sentire. q̄s tm̄ videt mouere statutū eccl'ie. q̄ nec addendo vel minuēdo nec trāsponendo permittunt irritare.

Quis sit effectus sacramenti eucharistie

Effectus autē hui⁹ sacramēti ponitur duplex fm mgr̄m in sentētijs. Scōm ipm ei duo efficit. scz charitatis augmentū /et infirmitatis. h̄ est venialis peccati diminutiōez. Possunt t alij assignari hui⁹ sacramēti effectus. iuxta ei⁹ supra tactas t declaratas vtilitates. Vos autē effect⁹ seu vtilitates ibi recitat /q̄ isti sunt notabiliores. ¶ Sed exq̄ ponit q̄ valet ad diminutōez venialiū. queres an ei⁹ sumptio i aliquo casu deleat oīa venialia? Itē an in aliq̄ casu valeat ad deletōez peccati mortalis? Itē an si deleat veniale deleat ei debitas penas? ¶ Ad p̄mū dicit fm illos qui dicūt. Sine veniali nō possit hic q̄s viuere. q̄ nunq̄z delet oīe veniale quin aliq̄d relinquat. Semp enī relinq̄tur i aīa minor amor dei q̄z esse d̄beat. Eo q̄ in via fm Aug. nō impleat ex toto hoc p̄ceptuz Diliges dūm deū tuū ex toto corde tuo t̄ Et minor amor dei ē pctm̄ veniale fm Aug⁹t. ¶ Ad scōm. s. an deleat mortale pctm̄ dicit q̄ nō. quia istō sacr̄m nō ordinat cōtra mortale peccatū. Cū enī triplex sit culpa. scz originalis /ptra quā spēaliter baptismus ordinat. t actual' que duplex est. scz mortalis. cōtra quā spēaliter ordiat pnia. t venialis cōtra quā ordinat eucharistia. Patet q̄ de se tm̄ veniale delet. ¶ Ad tercium dicit q̄ delet veniale. t penā ei debitaz. hoc tm̄ intellige fm magis t min⁹. fm. s. q̄ magis aut min⁹ afficit pficiēs vl' recipiēs h̄ sacr̄m ad mortē t ad passionē xpi. q̄ i ipsius eucharistie sacr̄o repsentat.

Aliqua de vero corpore christi.

Hic breuiter tangūt aliq̄ de ipo corpore christi. Primo. s. qualit̄ post fractōez factam in speciebz panis tot⁹ xp̄s sit sub qualibet pticula. qui pus tot⁹ fuit sub tota hostia. Itē an corpus xp̄i vētrem intret. t si sic q̄diu ibi existat? ¶ Ad intelligendū aūt q̄liter totus xp̄s est sub qualibz parte hostie qui pus fuit tot⁹ sub tota hostia. dat aliq̄le exēplū de speculo. In speculo enī integro apparet vnica imago. s. inspiciētis /si tm̄ sit solus vnus inspiciēs. fracto aut̄ speculo in qualibet pte fractōnis eadē apparebit imago. si tamē inspiciēs eas dem pticl'as inspiciat. Ita christ⁹ q̄ ē imago dei p̄ris /sub hostia integra tot⁹ est. t p⁹ fractōem hostie imago eadē /idemq̄z christus sub q̄libet fractionū pticula remanet. ¶ Ad secundū. scz vtrum in ventrē vadat? Dicit fm q̄sdam q̄ dū est in ore adhuc p̄sens est sub illis speciebz. sed statim cū gluttit corpus christi trāsit in mentē. t spēs ille panis et vini in ventrē. Alij q̄bus magis credendū est dicunt q̄ intrat in ventrem t ibi tādiu remanet q̄diu species ille sunt i/corrupte. et cū species desinūt ibi eē panis t vini /desinit etiam ibi esse caro t sanguis christi. Quod etiā cōtingeret in pixide si p diutinā cōseruationē corrumperēt et perirent ille species. Nec obstat verbū Augustini qđ videt mouere eos q̄ sunt in p̄iore opinione. s. q̄ q̄diu est in ore/ tādiu est in mente. Nec dat in secessum /sed rapit i excessum. Per hoc enī nō negat Augustin⁹ q̄n vadat in ventrē. sed negat q̄ trajciat ī alimentū corpis. et q̄ digerat i stomacho. et q̄ pars trahat ad epar/ et formet in sanguinē quo fstaurent depdita corpis. et ps impurior in secessum vadat. sicut est videre in cibo corpali. Hoc enī nefas esset dicere. imo etiā cū assensiōe cogitare.

De q̄litate seu conditione recipientiū.

Nunc de conditōne recipientiū re/ A
stat aliquid tangēdum. Et primo querit. An possit sumi ab illo qui est i pctō mortali? Et an debeat hoc sacramentuz in aliquo casu existenti in peccato mortali dari? Itē an existēti in pctō mortali possit loco eucharistie dari hostia non cōsecrata? ¶ Item an possit sumi ab eo qui nocturna illusiōe pollut⁹ est? Et an a menstruata? Itē an ab eo q̄ nocte p̄cedēte cognuit vxorē suā? Item an licet cognoscere vxorem suam diereceptōnis? Item queritur

quare nō dat eucharistia ppl'o sub vtraq; specie? ¶ Rñdet in ꝑmo casu ⁊ dicit q; aut aliq̄s scit se esse in pctō mortali an nō. Si scit peccat mortalit sumēdo. nec debet aliq̄ modo sumere. Si nō scit se esse ī pctō mortali/sit tñ. sed post sufficiēt ꝓsciētie sue scrutiniū hoc dep̄hēdere nō potest/⁊ tūc sumere p̄ōt. nec peccat si sumat ¶ An aūt debeat existenti ī pctō mortali dari si petat? Distīgue. quia aut ille q̄ petit est ī mortali publico aut in occulto. Si ī occulto q̄uis illō certissime sciat sacerdos/p etēti tamē ī publico debz dari. alioquin peccatū secretum publicaret. qō fieri nō debet Si aūt petat in secreto vetare p̄ōt sacerdos et debz. Si autē sit in pctō mortali publico. tūc publice negare debz. vt publicis meretricib' et histrionib' ⁊ hmōi petētib' et nō petētib'. q̄bus negare debz. vt plene dicit canon de ꝓse. di. ij. ¶ De hoc autē qō scōo querit. scz. An existēti ī pctō mortali debeat dari simplex hostia loco eucharistie? Dicunt maiores q; ñ. tum q; hoc nō videt de⁹ facto suo approbare. imo contrariū. Hā corp⁹ suuz dedit inde. quē sciebat esse ī mortali pctō. tum q; nescit an visitauerit eum dñs. quia nescit tarda molimina spūssctī gr̄a. tum q; simulatio talis esz ei cui daret inutil'. Exq̄ enim corpus x̄pi petit. p eū nō stat q̄n accipiat. ⁊ sic eq̄liter peccat. Sec⁹ si expresse peteret sibi hostiam nō ꝓsecratā dari. tunc enī ei dare posset. ita tñ q; illa hostia seorsū poneret a ꝓsecratis/ne eccl'ia decipet dādo ei nō ꝓsecratā acsi ꝓsecrata foret. Propt quā etiā causam reprobat ꝓscius sibi mortalis criminis. simulās se cōficere vbi nō ꝓficit Ut habet extra de missa. cele. c. ab homīe. ¶ Ad terciū. quo. s. querit. An pollutio nocturna impediat sumptōem? Rñdetur aut quia venit pollutio ex superfluitate humor. vel ex infirmitate nature. vel ex illusiōe dyabolica. et tūc null⁹ dicit ibi esse reatus culpe. nec cogit q̄s ꝓpter talē pollutōez abstinere a ministerio altaris vl' a sumptōne eucharistie. Et dico notāter. nō cogitur. quia causa reuerētie a tali celebratōe aut sumptione abstinere laudabile est. Si aūt ꝓtigat dicta pollutio nocturna ex crapula vel ex aliq̄ fede delectatōis p̄meditatōe. tunc si p̄t fieri sine scandalo debz abstinere. nisi necessitas cogat. vtpote vbi alī⁹ qui celebret nō inuenitur. Magna enī reuerentia exhiberi debz sumptōi. ⁊ si fieri p̄ōt multo maior ꝓsecratōni. ¶ Ceterū menstruata nō est arcenda a ꝓmunione. eo q; passio sit. et pena sit hoc pati ⁊ nō culpa. Et ꝓpter penā q̄s arcēdus nō est. ¶ Ad aliud sequēs quod ē quartū. An scilicz ab eo qui nocte precedenti cognouit vxorē suam/ suscipi possit eucharistia? Dicitur q; reddens debitū. ꝓpter fidē thori et iusticiā/ vel etiā exigens ꝓpter bonū prolis/nō debet phiberi a cōmunīōe/sed suo iudicio est circa hoc relinquend⁹. an velit scz abstinere ex humilitate vel accipe ex deuotōne. Secus autē est si ex infirmitate carnis hoc exigat. quia iste monēdus est ne accipiat. et nō est suo iudicio quo ad hoc relinquēd⁹. Si autē oīmibus modis ex deuotōne se ingerat/nō est phibēd⁹. ¶ Hoc etiā seruādū est respectu quinti. q; die scz cōmunicatōis causa reuerētie nullo modo reddendū est debitū. nisi alter coniugū instanter petat. Si etiaz alter reddat/vel etiā si petat/ peccat quidez sed nō mortaliter. ¶ Ad vltimū vero scz sextum/ quare nō dat populo sub vtraq; specie? Dicit q; triplex est ratio. Una/ q; non legit christū corpus suū sanguī intinctuz ꝓbuisse. Hec est cōtrariū de Juda/ cui videtur dñs intinctū panē porrexisse. Quia ꝯm Augus. prius verū corpus dedit. ⁊ postea panē vsualē intinctū. Alia causa est iminens periculū. quia scilicz facili⁹ caderet gutta sanguinis q̄s mica hostie. quia in hostia partes coherēt sibi/nō sic ī sanguīe. Tercia causa est p̄cedens signū. quia in lege qua in sacrificijs offerebāt libamīa. de libamine nihil habebāt offerentes. sz sacerdotes tm̄/licz de alijs haberēt. Ut g̃ congruat veritas signo nō dat populo eucharistia cū sanguine.

De q̄litate seu condītione ministri sacramēti

Ultimo restat dicere de ministro. s. quis posset consecrare? Et scias q; habens ordinem sacerdotalē/ et solus talis potest cōsecrare eucharistiam. ⁊ corpus christi cōficere. Quinimmo et si male vite fuerit ⁊ heretic⁹. dūmodo formā ecclesie teneat. ⁊ intentōnem habeat conferandi conficere p̄ōt corpus christi. q̄uis magister in sentētijs videat sentire contrariū. nisi intelligat de his qui p̄cisi ab eccl'ia nō obseruant ritū celebrādi ab eccl'ia traditum. q; tūc ꝓstat q; nō conficiunt. Hec

obstat q̄ fm canones phibēt/ q̄ missa aut aliq̄ sacra recipiant ab hereticis/symoniacis/scismaticis/fornicarijs. q̄ p̄ nō dicitur q̄n ꝓficiāt. Sol⁹ ergo (vt dixi) habens ordinē sacerdotalē ꝓficere pōt. ¶Sed q̄ritur vtrū nō ieiun⁹ pōt ꝓficere? Itē an post sūptionē medicinaliū vel potū aque? Itē si nō debito loco. vtpote in altari nō ꝓsecrato. vel sup terrā vbi nō est altare. vel sine sacr̄ vestib⁹ possit celebrari? ¶Ad primū dicendū est q̄ ꝓpter institutōem eccl̄ie apl̄ice peccat mortaliē qui p̄sumus celebrat. cōficit tamē/ dūmō intentionē habeat seruandi formā t debitā materiā. Q⁹ autēa ieiuno ꝓficiat nō est ꝺ sacramēti essentia. ¶Ad secundū dicit q̄ post medicinaliū sumptionē vel etiā potū aque nō est celebrādū. eo q̄ oīnis cib⁹ quē vsualiter cibū vocam⁹. hoc est q̄ transit in ventrē/ si nō conuertat i corpus frangit ieiuniū /t impedit celebrationē. Insup hmōi medicinalia in hoc impediūt. q̄ freq̄nter inducūt abominatōez. Si tñ isti de facto cōfecerint. ꝓsecratū ē ꝫ quiter peccant. ¶In tercio articulo siue casu ꝺ q̄ hmōi si tñ habēt intētōez cōficiēdi ꝓficiūt. ꝫ mortalissime. s. q̄ in nō debito loco vel sine sacris vestib⁹ celebrat. Et si posset inueniri foret degradand⁹.

De sacramēto penitentie t ptinentib⁹ ad ip̄m

Quoniā de sacramēto penitētie sufficiēter in sūma Raymūdi tractat q̄ passim apud fratres habet/ ideo pauca hic de h̄ p̄nie sacro dicēda sūt. Et p̄mo de ip̄o sacro in genere aliq̄ dicant. Secundo aliq̄ de ei⁹ partib⁹ tangāt. In genere ꝫ ꝑus videndū venit Quid est penitentia. Quot t q̄ ei⁹ species. Quid in ea sit sacramentū. Et q̄d res. Et q̄s sit ei⁹ effect⁹. An necesse sit q̄ fiat in charitate t volūtarie. Et an q̄s possit p vno pctō mortali penitere nō penitēdo de omnib⁹. An penitētia p se factā teneat q̄s dū qualuerit iterū facere. An penitētie hic diminute a ꝓfessore iniuncte/ supaddet de⁹ q̄d deest in purgatorio. Que sunt p̄nie regulares t canonice. Et q̄re p pctō mortali tenet q̄s ad septēnē p̄niam. An penitentie sint arbitrarie. Quis sit minister in h̄ sacramento

Quid est penitētia in generali.

Est autē penitētia fm Amb. mala p̄terita plāgere t itez plāgēda nō ꝓmittere. id est nō habere ꝓpositū itez ꝓmittēdi. Et nota q̄ fm m̄gr̄m in lib. iiij. sn̄iar. est penitētia interior. s. ꝓtritio. et exterior. s. ꝓfessio et satisfactio. Interior vero pēitētia quodāmō radicaliē oīnis penitentia ē. Ip̄e enī dolor exerit se in ore p̄ ꝓfessionē. exerit etiā se in ope p̄ satisfactōez. Et hec interior p̄nia. i. cōtritio habet spēaliter fm Amb. q̄ ip̄a p̄incipaliē est penitētia radicabiliterq̄ oīs p̄nia

Quot t que sūt penitentie species.

Distinguunt aūt tres species penitentie. s. solēnis que fit in capite ieiunij cū illa solēnitate. de q̄ habet de p̄nia di. v. c. In capite. Itē publica cuz iniungit. s. alicui pegrinatio p mūdū cum baculo cubitali. t cū aliq̄ veste religiosa tali penitentie apta. Itē p̄uata. q̄ q̄tidie ip̄onit his qui secreti⁹ sua ꝓfitent pctā. Cetera circa hec q̄re in sūma Raym̄. ti. ꝺ p̄nijs.

Quid ī penitētia sit res et q̄d sacr̄m. t de ei⁹ effectu

Quid aūt in ea sit res t q̄d sacramētum. Dicitur q̄ sicut in sacramēto eucharistie species panis et vini sunt sacramētū gemine rei. scz corpis christi veri et mystici. ita hic confessio et satisfactio sunt sacramentū contritionis et remissionis peccati. Unde virtute contritōnis efficiūt quod figurāt. scz remissionē peccati. Sic ergo itelligēdo patet q̄ cōtritio diuersis respectib⁹ et res est et sacramentuz. Res scz confessiōis t satisfactōis que sunt ei⁹ sacramentū. Et sacramentū remissiōis peccati que est ei⁹ res. ¶Ex quo ī parte patet quis sit effectus penitētie. scilicz remissio peccatorū. et cōmutatio pene eterne in temporalē. Et ex consequenti collatio vite eterne.

An quis possit de vno pctō penitere t nō penitēdo de oībus

Hā autē existēs in vno mortali peccato possit agere penitentiam fructuosam de aliis /p̄ius est inquirendum. Et dic q̄ non. Quia etiam apud homines remanentibus in inimicicijs non recipitur satisfactio ledentis. Ita

cū retento vno mortali pctō inimic⁹ dei fiat pctōr et ab eo auersus /ptz q valere non ꝑt penitētia p pluribꝫ ꝓmissis vno tm̄ retento. qz in illo vno inimicat deo. Et ħ sat⁹ clamat apl's. i. Chor. xiij. dicēs. Si habuero ꝓphetiā rē. r corp⁹ meum tradidero ita vt ardeā. charitatē autē nō habuero nihil mihi ꝓdest. Unde opinio q̄ in. iiij. sñiaruz ponit ꝺ̄ciū manifeste heretica est. ¶ Si iuxta hoc q̄ras. an opteat q penitētia sit volūtaria ad ħ q satisfaciat? Dic q sic. Distīgue tm̄ q aliq̄d dicat voluntariū dupliciter. Aut ꝓpter se. vt sanū esse est volūtariū ꝓpter se. id ē ꝓpter ipam sanitatē. qz em̄ bonum est sanū esse. ideo sanari volo. Aut ꝓpter aliud. s. ꝓpter bonū exinde seq̄ns. sicut secari voluntariū est/ nō q̄dem ꝓpt se sz ꝓpter cōsequentē sanitatē. Sic ad ꝓpositum dico penā q̄ est in penitētia optere volūtariā esse. nō q̄dem ꝓpter se. qz null⁹ ꝓpter se id ē ꝓpt ipam pn̄iam vl penā eā vult aut libēter accipit. sed bñ ex conseq̄nti. s. ꝓpt salutem anime cōsequendā

¶ An penitentiā ꝓ se factā teneat hō dū ꝓualuerit iterare.

Q Etez cū q̄rit an pn̄iam p alios factam teneat q̄s dū ꝓualuerit iterū facere. Puta egrot⁹ aliq̄s dum adhuc san⁹ erat pn̄iam ꝓdignā suscepit a sacerdote. Deinde de vita sua desperās ipaz amicis ꝓposuit q̄ eaz pagūt antecz plene cū ualuerit. Queritur vtrū iste post suā ꝓualentiā/ad penitētiā iniūctā sic p amicos suos pactā teneat? Rñdet q qz ꝑt apud talē dubiū esse vtrū illi sui amici ipsam pn̄iam ex charitate fecerit/que talis nō sufficeret. Insup qz ñ tā efficaciter satisfacit pn̄ia ab aliis facta. sicut illa q̄ ab ipomet penitente fit Ideo securū est q iste de ea iterꝫ satisfaciat postcz fuerit reddit⁹ sanitati. imo r eaz facere tenet. ne incerto se discrimī cōmittat. Et expedit q̄dem. qm̄ si prior pn̄ia p alios facta satisfecit p culpa secūda/quā ipe faciet. cedet ei in augmentū gl'ie.

¶ An penitētie diminute addet dē⁹ in purgatorio qđ deest

Eq̄nti ꝑo articulo questiōis scilz. ¶ An pn̄ie diminute inflicte/ addet deus qđ deest ī purgatorio? Dicit mgr̄ in lib. sñiaꝝ q sic. Ait enī. Si interior pn̄ia. s. cōtritio in vindictā peccati ñ sufficit. nec exterior penitētia ħ implet. deus q̄ modos r mēsuras pctōrū nouit/ penam sufficiētē addet. Uñ q̄ñ condignā penā ñ iniūgit sacerdos /vel si iniūgit nō tm̄ ipleat nō absoluit penitens a ꝓdigna vl tota pena corrūdente. sed a tanta .s. quantā facit ħ Unde de tāta erit absolut⁹/ nō aūt de residua. quin. s. in purgatorio ꝓpleat. Tm̄ magnitudo ꝓtritōis r feruor implēdi qđ iniūgit/ multū poterit facere ad ħ q ꝓdigna reputet. Uñ dicit Hugo de sctō vic. lib. suo de sacr̄is. Sepe qđ minus foris agit/ efficaci⁹ intus opat. In aliq̄ enī ope apparentia exteriori magna pōt deuotio esse.

¶ Que sunt pn̄ie canonice/et quare p pctō mortali agi ꝺz penitentia septēnalis.

Que autē penitētie canonice sint ex ħ accipe q regularit⁹ p pctō mortali debz agi septēnis penitētia. vt dicit canon. xxxiij. q. ij. Cuius dicti multiplex ponit⁹ ratio ꝑter eā quā ponit canō de Maria .s. sorore moysi. que iubet⁹ excludi p septē dies extra castra. videlicz ꝓpter septēplicē grām spūssctī recupandā quā peccādo ꝓdidim⁹. Itē ꝓpter septēplicem concursū peccatorū. qz vno pctō ꝓpetrato cōcurrūt oīa septē capitalia /ſm opinionē dicentiū q habito vno habent⁹ oīa. Juxta illud. p septem septēdecim neq̄cie in corde eius. Itē ꝓpter recupatōem septē dotū. quia p pn̄iam septē dotes recupam⁹. quatuor. s. corpis et tres aīe. De q̄bꝫ supra in fine tractatus de symbolo fidei in declaratione. s. duodecimi articl'i. Itē ꝓpter recupationē septē illorū ex quibꝫ cōstat hō. scz q̄tuor elementoꝝ quo ad corpus. et triū viriū. scz ratōnabilis irascibil' r ꝺcupiscibil' quo ad spiritū. Pro enormitate tm̄ crimis debet q̄ñcz maior penitētia q̄z septēnis infligi. De qua materia reqre in sūma Raymūdi ti. de penitētia.

Utrū pn̄ie sunt arbitrarie vel non.

Utrum etiā penitētie arbitrarie sint nec ne. Et qualiter sic r q̄liter nō. Dicit idem Raymūdus eodē titulo de penitētia ¶ Nota tamen circa hoc duplex est opinio. Una ponit q omnes penitētie arbitrarie sunt. id est quia in voluntate sacerdotis est dare. vel pl⁹ vel min⁹. r

hoc ex ptãte et vi clauiũ. Et huic opiniõi fere omnes ꝓfessores innituntꝫ. Alia ponit q̃ ita arbitrarie sunt q̃ sacerdotũ est iudicare de oñib⁹ circũstantijs ꝓtingentib⁹ t̃ñ a canõib⁹ nõ recedere. i. a penitẽtijs a canone iniũctis. Cõsideratis enĩ circũstantijs si ḡuiores fuerint penã canonicã aggḡuare possunt. Si ꝙo leuiores fuerint. sic. s. q̃ factũ diminuãt. tũc de pena canõica poterũt diminuere. Et hec est opinio securior

Quis sit idoneus

mĩnister in sacro penitentie.

Mĩnister aũt huⁱ sacramẽti ẽ sacerdos. Nam solis sacerdotib⁹ dedit dñs ptãtẽ ligãdi t̃ soluẽdi. Et licꝫ q̃libet sacerdos ex vi ordis huⁱ sacramenti mĩnister sit. nõ tamẽ cuilibet sacerdoti ĩdistincte pmissum est ista ptãte vti. ĩmo respectu aliq̃ꝫ est hmõi ptãs ligata vt tãgit Raymũdus in summa sua. ti. de pñĩa. di. ij. que est de cõfessione. §. tenet penitẽs. Et pluribꝫ pagraphis seq̃ntibꝫ vsq̃ꝫ in finem dicte sc̃de distinctõis. Et infra etiã aliqua liter tanget/ vbi de ipa ꝓfessione aget.

De partibus sacramenti penitentie in generali.

Dunc ad ptes penitentie attendendũ est q̃ sunt tres. fm triplex peccatũ. cordis. oris et opis. Vel fm triplex allectiuũ ad peccatũ. s. ꝓcupiscẽtiã carnis. ꝓcupiscentiã oc̃lorũ. et supbiã vite. Et sunt iste. ꝓtritio. ꝓfessio et satisfactio Hec est triplex dicta/ qua deuenit in celuz. De qua Exo. iij. Ibim⁹ viã triũ dierꝫ t̃. De ꝑma. s. de cõtritione tangẽdũ est ꝓmo quid sit. An dolor minim⁹ sufficiat ad hoc q̃ quis virtutẽ habeat ꝓritõis. An oporteat cõtritõem cũ tota vita ptendi.

De ꝓma parte penitentie. Quid sit cõtritio.

Diffinit autẽ contritio ab aliq̃bꝫ sic Contritio est dolor volũtarⁱ⁹ ꝓ peccatis/ semp in se puniẽs qõ dolet admisisse. Que diffinitio licꝫ generalit̃ penitẽtie ꝓuenire videat̃/ tñ maxime ꝓuenit ꝓpter contritõem. In cõtritiõe enĩ esse ipsi⁹ penitentie maxime saluat̃. eo q̃ optet sp illam actu cũ penitẽtia esse. Alias aũt ptes penitẽtie ĩ casu sufficit vt assint fm votuz t̃ voluntatẽ. ¶ Diffinit etiã ab alijs sic Cõtritio est dolor ꝓ peccatꝫ assumptⁱ⁹ cũ ꝓposito cõfitendi t̃ satisfaciẽdi. Qm̃ nisi assit ꝓpositũ ꝓfitendi t̃ satisfaciẽdi nõ est ꝓtritio sed potⁱ⁹ attritio noiatur. Qꝫ si obijciat̃ q̃ in valida contritõe delet̃ culpa et pena. vñ cum ꝓfessio et satisfactio pene sint. tã intensa poterit esse cõtritio q̃ neq̃ꝫ oportebit adesse cõfessionẽ neq̃ꝫ satisfactionẽ. Ad qõ dici potest. q̃ nemo nouit se talẽ contritõem habere q̃ delere possit vtrũq̃. Unde vt nõ cõmittat se ꝺs discrimini oportet q̃ q̃ꝫuis habeat validã contritõem. habeat nihilominus ꝓpositũ ꝓfitẽdi et satisfaciẽdi. maxime cũ ista sint in ꝓcepto ecc̃lie. t̃ non parere ꝓcepto/ trãsgressio et peccatũ mortale sit. Hoc tamẽ scito q̃ contritio sola in articulo mortis vbi nõ apparet cui possit fieri ꝓfessio/ sufficit ad salutẽ. sed quoniã ĩ certũ est vtrũ tunc contritio possit haberi/ stultũ est illud tẽpⁱ⁹ expectare/ t̃ tãto se discrimini reseruare.

An minimus dolor

sufficiat ad habendũ ꝑtutẽ ꝓtritõis

An dolor minimⁱ⁹ possit esse cõtritio vel sufficiat ad deletiõz culpe p̃cipue cum dicat̃ Trenoꝝ. ij. Magna velut mare contritio tua. dubitari p̃t. Sed dicũt magistri q̃ minimⁱ⁹ dolor sufficit ad deletõem culpe. dũmodo informatus fuerit charitate. vtpote qui exerat a se ppositũ confitẽdi et satisfaciẽdi. quia talis dolor ꝓtritio dicit̃. Est ergo talis dolor cõtritio minima. et hec delet tñ culpã et reatum seu debitũ pene eterne. Qui si maior fuerit delet ꝓtem pene tẽpalis debite. Si vero maximⁱ⁹ fuerit/ totã penã et totã culpã delet. Que autẽ talis sit nescio/ deⁱ⁹ scit. Et dicit̃ magna vl̃ maior vel maxima cõtritio/ fm q̃ ad maiorẽ dolorẽ mouemur. Eo q̃ ꝓni sumus ad dolorẽ minorẽ debito q̃ nõ liberat a gehẽna. Et qꝫ ꝑ maiorem dolorẽ euacuat̃ culpa/ t̃ tota pena. hinc cõtritio dicit̃ minor t̃ maior t̃ maxima ¶ Sꝫ nunquid oportet q̃ tãtus sit dolor vel pigentia vt nollet homo ꝑ toto mũdo vel ꝑ vita obseruãda iteruz mortaliter peccare. Plane dicit̃ q̃ sic. eo q̃ minⁱ⁹ bonũ semper debet velle amittere ne maius amittat. Deus enim in infinitũ maius bonuz est toto mundo. qui tamẽ amittit̃ in peccato mortali. Unde si penitẽs ꝓfiteatur se esse in tali ꝓposito/ amplectẽdⁱ⁹ est/ quia bñ validã

habet cōtritōez. Si autē ꝓficeat se ī ambiguo esse/vtrū cederet vel sustineret mortez anteꝫ peccaret mortaliter adhuc fouēdꝰ ē nō abiciēdus. Sufficit enī aliq̄ mō istud ambiguū. eo q̄ nullꝰ certus est vtrū cederet vel sustineret. Ut dicit Augꝰ in li. de ỹginitate. Sed si ex deliberata ꝓsciētia dicat se certū cē q̄ ꝑus peccaret q̄ cederet toti mūdo. vel mortē pateret. Istū dicūt nō esse cōtritū. nec vllā recipere remissionē pctōrum. eo q̄ nullā habz ꝓtritōez. Hāc tñ q̄ntitatē cōtritōis nō dz ꝓfessor exigere vt coram se ꝓficeat penitēs. sed p signa debet eā in ipso supponere. Si ita tñ de facto ꝓficeatur/tenendū est qđ dixi.

¶ In ꝓtritionē oporteat cū tota vita ꝓtendi

De excessione ꝓtritōis. vtrū videlz oporteat ipam cū tota vita ꝓtēdi/maxīe cū medicina nō ꝓtendat vltra morbū/dubitari ꝑt. Sed dic q̄ dolor ꝓtritōis nō finit nec finiri debz ī hac vita. īmo sicut infinita est offensa ī peccādo. q̄z in deū q̄ est infinitus. ita exigit vt dolor ꝺ offensa ꝑ mō possibili sit infinitꝰ. vt. s. eternitatē saltem vite hois habeat. cum eternitatem simplr habere nō possit. Eo q̄ nēo sit q̄ semp viuat. Hoc ē. si ineternū ī hac vita viueret/ineternū de pctō dolere deberet. Insup morbꝰ pctī q̄uis euacuatꝰ sit q̄tū ad culpā et reatū/sp tñ manet et manere dz q̄tū ad detestatiōem in memoriā ꝓpetrati delicti. vt dicit Hugo de sctō vic. Cū quo morbo ꝓtendit dolor vt eiꝰ medicina. qui nō est curās morbū ꝓteritū. sed ꝑseruans a futuro. ¶ De effectu ỹo cōtritōis. ⁊ an ī cōtritōe deleat peccatū anteꝫ deueniat ad cōfessiōem inuenies in summa Raymūdi. ti. de pnīa di. i. que est de ꝓtritōne. §. Sequit q̄s sit effectus. Et. §. Qualiter aūt ꝑ sit intelligendū

¶ De secūda parte penitētie. s. de ꝓfessiōe in generali.

Fe ꝓfessiōe et satisfactōe nō ē opus ꝺ multa tangere. eo q̄ diffuse de his tractet in sūma Raymūdi ¶ Nota tñ q̄d sit cōfessio/an sit necessaria ad salutē Et an cadat sub ꝑcepto. Et sub quo. Cui facienda est. Quantū differri possit

¶ Quid sit cōfessio ī speciali.

Diffinit autē sic cōfessio. Cōfessio ꝺ est legitima cor̄ sacerdote peccatorū declaratio. Dicit in ista diffinitione peccatorū declaratio/contra illos qui peccata sua celādo vl ea excusando occultāt. Dicit peccatorū. cōtra eos qui recitant bona sua in cōfessione. vel qui confitētur per ābnegatōem peccatorū. vt nō sum adulter. nō sum homicida/et hmōi. Dicit cor̄ sacerdote. scz qui clauē habet et potestatē soluēdi. nō coram quolibet de populo. Poterit tamē ī necessitate/vt in periclo mortis cor̄ nō sacerdote fieri. Legitia dicit qđ importat oēs conditōes que exigunt ad verā cōfessiōem. quas quere ī sūma Raymūdi ti. de pnīa di. ỹ. que est ꝺ cōfessione. §. sequit. que sunt necessaria ad veram confessiōem.

¶ In cōfessio sit necessaria ad salutē.

Propter eos qui dicunt cōfessionē ꝑ nō esse necessariā ad salutem. eo q̄ non cadat sub aliquo ꝑcepto diuino. vt patet discurrendo ꝑcepta decalogi Exoꝺ. xx. Notandū est et inuiolabiliter obseruandū/q̄ absq̄ vocali cōfessione vel signo quod loco vocis sufficiat non est salus/dūmodo ꝓfessor haberi possit. Eo q̄ dicit Ambrosiꝰ. Non pōt quis a peccato iustificari nisi peccatū fuerit cōfessus. Et concedendū est q̄ sub ꝑcepto cadat sicut omne necessariū ad salutē. ¶ Sed attendēdum est aliquid sub ꝑcepto cadere dupliciter. scilicz vel ꝑcipaliter explicite. vel secūdario et implicite. Primo modo cōfessio non cadit sub ꝑcepto. eo q̄ nō inueniat expresse in aliquo decem mandatorū seu ꝑceptorū. Cadit tamē secūdario ⁊ implicite sub ꝑcepto. et dici potest q̄ sub illo ꝑcepto. Honora patrē tuum et matrē tuam. Ubi ꝑcipitur honor et obediētia faciēda matri eccl'ie. Quia igit eccl'ia statuit et ꝑcepit cōfessionē homini fieri. ex ꝓsequenti in mandato illo ꝑcipi videt vt homini fiat cōfessio. ¶ Ubi autē cōfessio instituta sit et ꝑcipiat ab eccl'ia/reqrein sūma Raymundi titulo de penitētia. dist. ỹ. que est de cōfessione. §. Cui sit.

¶ Cui sit facienda cōfessio.

B Quí ãt faciẽda sit ꝓfessio ĩ sũma ꝑdicta Ray. dr. Uerũtñ breuit dici ꝑt q̃ foli ꝑpo sacerdoti ẽ faciẽda. q̃ ille solꝰ hz ꝓtãtẽ absoluẽdi suos subditos. ꝑterq̃ ĩ casibꝫ spẽalibꝫ. s. cũ dñs papa vl epi scopus ĩ dyocesi sua dat ꝑpo sacerdoti adiutores. sic vt facit cũ trãsfert potestatẽ suã in penitẽtiarios suos. vl ordinat aliq̃s qui ꝑdicãdo ꝛ exemplũ bone vite dãdo monent populũ. et eos q̃s monuerint audiãt ꝛ absoluãt. Uel cũ plebs multa ẽ et nõ sufficit ꝑꝛi omnes audire/tũc põt eꝑs dare coadiutores. ¶Sunt ꝛ alĩ casus. s. cum sacerdos licẽtiat suũ subditũ vt alĩ cõfiteatur. Et creditꝫ q̃ tenetꝫ licẽtiare in seq̃ntibꝫ casibꝫ subditos. Et si nõ licẽtiauerit/ꝑt subratihabitõe alicui⁹ peti. scz cum q̃s habz ĩ discretũ sacerdotez. Itẽ cũ ꝑbabiliꝫ credit q̃ reuelet ofessiõem suaz. Itẽ cũ q̃s fornicatus fuerit cũ filia sozore matre vl ꝛcubina ꝑꝛĩ sacerdotis. ꝑpter qđ incurrere credit ei⁹ odiũ si ꝛfiteaꝫ ei. Item cũ ꝑbabiliꝫ credit q̃ velit inclinare animũ ꝛfitẽtis ad ꝛsensum mortal' peccati. Itẽ cum q̃s occ'tus hereticꝰ depẽdit. Itẽ ꝑm aliq̃s cum ꝑpam onẽ cognouerit. In hmõi casibꝫ peti ꝑt licentia ꝑꝛĩ sacerdotis ne ꝛtemni videaꝫ. Et si nõ dederit /creditꝫ vel q̃ maioz adeũd⁹ sit/vel aliq̃bꝫ illoz q̃ a supioze suo vel dño papa potentiã absoluẽdi acceperunt/cõfiteri possit. Eo q̃ fatuitas iudicaꝛ ꝛmittere se discrimini. ꝑsertim cũ oĩbus ꝛtradicentibꝫ possim cauere ꝑiculum in coꝛpe. Et fatuũ esset dicere q̃ aliq̃ casu tenerer sequi eũ q̃ me vult ꝑcipitare ĩ mente. ¶Sunt ꝛ alĩ casus in q̃bꝫ nõ optet expectare nec adire ꝑꝛĩũ sacerdotẽ. Ut cũ q̃s peccauerit in parochia alteri⁹/vbi rõe delicti efficitur de iurisditõe eius ĩ cui⁹ parochia peccauit. Itẽ cum q̃s mutauerit domiciliũ/ꝛ in alteri⁹ parochia habitat. Itez si est vagabũdus ꝑ terras. Itẽ cum est in articulo mortis. In quo casu siue habenti claues ligatas siue solutas licet confiteri. ¶Sed hic attẽde q̃ Raymũdus ꝛ alĩ valde magni dicũt. q̃ cũ ꝑꝛus sacerdos dat suo parochiano licẽtiã vbi voluerit confitendi. optet illũ parochianũ aliquem adire habẽtẽ generalẽ ptãtem cõfessiões audiendi. eo q̃ ipe ꝑꝛius sacerdos parochianũ suũ licz possit ꝺ ꝛfitẽdo alteri licentiare/nõ põt tñ illũ alienũ sacerdotẽ licentiare q̃ talẽ possit cõfessionẽ audire. nisi acceꝑta ab ordinario ptãte. Et tñ nos passim videmus q̃ plebani assumũt sibi ĩ adiutoriũ mltos q̃ nunq̃ licẽtiati fuerũt ab aliq̃ ordinario. Unde vult et scribit mgr. vi. de trano in summa sua de titulis. q̃ a iure in ordinatõe data est eis ptãs absoluendi. et hanc recipit q̃libet in sui ordinatõne. Unde cũ assumunt a plebanis in adiutoriuz/ possunt ꝑm ipos ofessiões audire. Hã cũ a iure licentiã habẽt nõ egent licentia ordinariorũ. ¶Leterũ de verbo q̃dam qđ dicit ipse vi. ꝺ trano. ti. de penitẽtia de gradibꝫ peccatoꝝ. videlicz q̃ vsus ꝓtra naturã execrabiliter fit ĩ meretrice. sed execrabilius in vxoze. Dubitatio oꝛiꝫ apud magnos eo q̃ ipe. vi. ꝑ verbũ ꝑdictũ videtur velle q̃ ille vsus etiã cũ vxoze ꝑꝛia semp mortale sit. quod aliq̃bꝰ nõ placet. Dicũt enim q̃dam q̃ ꝑpter necessitatẽ/vtpote ꝑpter nimiã pinguedinez vel apostema/ vel vulnus in ventre/dũmodo fieret in debito vase si cognosceret vir vxoze modo inconsueto/excusabiliꝫ vir a pctõ. dũmodo causa ꝑꝛis hũde ꝓ fieret. Et vocãt illi vsum ꝺ naturaz solũ qñ quis nõ ea ꝑte coꝛpis vtitur que ad generãdũ instituta ẽ sed alia. Magister Alexãder de ales dicit. q̃ peccat vir vxoꝛẽ suã mõ brutali cognoscendo. nec necessitas excusat a toto licz diminuat quãtitatẽ peccati. Unde ĝuiꝫ peccaret/et vt creditur mortaliꝫ ꝑm ipm q̃ sic cognosceret nulla existẽte necessitate. Magr Albert⁹ dicit q̃ nihil coꝛ que facit marit⁹ cuz vxoze/ seruato vase debito est ꝑm se peccatũ mortale. sed potest esse signũ cõcupiscẽtie mortalis. scilicz quãdo nõ sufficit modus quẽ natura determiat. sed habẽt modos bruto rũ animaliũ. nulla existẽte necessitate. Unde ꝑm ipm quãdo alter coꝛũ nimis pĩguis est /vel quãdo cõtigit ventrẽ mulieris apostemari vel impregnari. ita q̃ anteri⁹ non est membrũ applicabile. tũc causa ꝑꝛis habende. vel causa reddendi debitũ. vel causa fornicatõnis vitande nõ est ꝓhibenduz aliter cõuenire. nisi dũtaxat vbi nulla ꝑcedente necessitate/sed tñ ex libidine fieret. Istud tñ nõ expedit ppl'm scire.

Quantũ possit confessio differri.

Quantũ autẽ differri possit confes- ℣
sio/apud aliquos dubitaꝫ. Dicũt enĩ aliq̃ q̃ confessio differri ꝑt sine

peccato vsq; in tps determinatū. Et q; ꝓfessionē facere nō sic ē ꝑceptū q; optcat quolibet tpe fieri. Sūt q; distinguūt. Quia aut ille q; peccauit nōdum ē ꝓtrit⁹. sz manet adhuc in mortali pctō. Et tūc nō ꝓfiteri data oportūitate sicut nō cōuerti vl' nō conteri est ei omni hora peccatū. sed nō nouum peccatum/ imo aggrauatio prioris. eo q; diuturnitas sit circūstantia aggrauās peccatū. Si autē ille q; peccauit iā ꝓtritus est Dic q; tenet ꝓfiteri aliqñ sed nō tūc vl' tūc Et ex ꝑcepto eccl'ie infra annū iuxta formā decretal'. Omnis vtriusq;. Q; si nō ꝓfitet peccat mortal' ppt inobediētiā factā mri eccl'ie. Unde illō ꝑceptū de ꝓfitēdo nō obligat sub pena mortalis/ dūmodo fiat infra tpus statutū/ si tñ hō sp conterat. ¶ Sz q; d si ante tēp⁹ sic ad ꝓfitendū statutū contingat aliquē añq; ꝓfiteatur subito mori. nec habuerit tēp⁹ conterēdi de trāsgressione diuini ꝑcepti. quo iubet aliqñ ꝓfessiōez facere. eo q; sit morte ꝑuent⁹? Puta q; dānat tanq; legis diuīe trāsgressor. eo q; in q; instāti prius fuit soluēdo. id ē potēs soluere ꝓfessiōem/ qz potuit ꝓfiteri vel dolere q; nō fuit cōfessus. Sed in vltimo instāti iā fact⁹ ē trāsgressor. Hoc tñ nō intelligat ō eo qui ex causa ꝓfessiōem differt. vt. s. habeat ꝓfessorē discretiorē. vl' alia vtili cā: dummodo diligentiā apponat vt habeat

De tercia parte penitentie. scz satisfactōne.

DE satisfactione breuit' dicendū est Et prio q̄d sit. Que el⁹ ptes. An necesse sit ip̄am fieri i charitate.

Quid sit satisfactio in speciali.

DIffinitur autem sic satisfactio ꝑm Bregoriū a mgro in. iiij. li. sñiarū Satisfacere est causas peccatorū excidere/ et eaz suggestiōibz aditū nō īdulgere. Et vocat causas peccati occasiones allicientes ad peccandū. Quaz q̄dā ppinq; sunt pctō Et he sunt i nra ptāte vt eas possum⁹ amouere vel excidere. Uerbi gratia. Cena splēdida cā ppinq; ē luxurie. vt Hiere. vi. Saturaui eos z mechati sunt. Et hanc cām seu occasiōez possum⁹ amouere z excidere. Sūt z alie cause seu occasiones pcī remotiores. q; in nra ptāte nō sunt. vt puta oblatio tal' cene. vel alicui⁹ rei delectabilis ocul' cordis nri. vl' suggestio diaboli ca de tali splēdida cena. Non est em̄ in nra potestate arcere diabolū. q̄n talia ocul' mētis nre offerat. Occasiones g; pctōz ppinq; debem⁹ excidere. qz i nra ptāte sunt. Sed occasiōibz pctōz remotioribz si veniant a pte diaboli/ vel carnis vl' mūdi/ nō dēmus ꝓsentiēdo aditū indulgere. eo q; in nra potestate sit eas nō recipe. ¶ Aliter autē diffinitur sic. Satisfactio est dāni vl' iniurie illate recōpensatio ꝑm iudiciū et ordinē iuris

Quot z que sint partes satisfactionis.

SAtisfactōis autē ponunt tres partes. s. oro. elēosyna. ieiunīū Que generaliora sūt i satisfactōe cuiuslibz pcti. Cū enī q̄s peccat delinq̄t in deū. z cōtra hoc specialit satisfacit oro. Itē delinq̄t in eccl'iam. h̄ est i primū. z ꝺ hoc specialit satisfacit elēosyna. Itē delinq̄t in seip̄m. et ꝺ h̄ spēal' satisfacit ieiunīū. De q̄bz illō dr. Bona ē oratio cū ieiunio z elemosyna.

An necesse sit cōfessionē et satisfactionē fieri in charitate

